



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.  
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate  
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In  
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

**LePrévost, Jean**

**Dvaci, 1629**

Qvæstio LXVI. De pertinentibus ad Sacramentum baptismi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)



## QVÆSTIO LXVI.

## De pertinentibus ad Sacramentum baptismi.

## ARTICVLVS I.

## Virum baptismus sit ipsa ablutio?

**R**ECTA definitione Hugonis de S. Viatore,

Respondet ex Magistro in 4. dist. 3. quod baptismus sit ablutio corporis exterior facta sub verborum forma prescripta. vbi

Notandum 1. Hugonem de S. Viatore lib. 2. de Sacramentis parte 6. cap. 2. definire baptismum, quod sit aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei. Quam definitionem hoc modo refellit D. Thom. ibi perficitur Sacramentum, vbi perficitur sanctificatio, in aqua autem non perficitur sanctificatio: in qua rationatione explicanda valde laborat Caiet. hic, & adfert varia minus conformia intentioni D. Tho. qui solum videtur velle quod aqua hominem non sanctificet antequam ei applicetur, atque adeo homo abluatur. Quamvis autem id ita sit, atque adeo definitio Hugonis ita crude accepta, sit minus legitima; si tamen eius scopus attendatur, bona est, cum non videatur re differre a definitione Magistri; neque enim vult mudam aquam sine applicatione esse Sacramentum, cum dicat non esse Sacramentum donec accedat verbum ad elementum, & proinde velit sanctificari per verbum sacramentale, quod fieri non potest nisi aqua applicetur recipienti.

Notandum 2. prædictas definitiones tam Magistri quam Hugonis non esse metaphysicas, cum assignentur per partes physicas baptismi, scilicet materiam & formam.

Nec obstat quod baptismus idem sit quod ablutio, & proinde videatur definiti per synonymum, quia etiam si spectata nominis vi idem significant, si tamen vsum Patrum & Doctorum attendamus, non est planè eadem vtriusque vocis significatio; cum baptismus dicat abluionem sacramentalem, ablutio verò solitariè sumpta, eam non significet, sed aliquid communius, & proinde absque petitione principij baptismus potest definiti per abluionem, tanquam per superius.

Obijci tamen potest quod ablutio sit pars materie baptismi, & proinde non possit prædicari in recto de baptismo, vt contingit in definitione Magistri. Antecedens probatur ex dictis quæst. 60. art. 6. dubio 1. vbi ostendimus quod licet verba comparata cum re sensibili possint fortiori rationem formæ, si tamen conferantur cum significatione quam habet ex Christi institutione, habeant etiam rationem materie. Consequentia verò probatur: pars materie non prædicatur in recto de toto composito, etiam artificiali; non enim dicitur domus est lignum, vel domus est lapides.

Propter hoc argumentum Scotus dist. 3. quæst. unica art. 1. ad 3. censet abluionem esse totam essentiam baptismi; quod iudicat probabile Scotus eadem dist. quæst. 1. in fine, cum dicat de abluione, sustinendo definitionem Magistri, non esse partem fundamenti relationis quam includit baptis-

mus, sed totum fundamentum, licet remotum: verum id loco citato refutauimus vbi ostendimus verba non minus pertinere ad essentiam baptismi quam aquam & abluionem.

Resp. ergo 1. quando baptismus dicitur ablutio, in vna parte expressa aliam subintelligi, & partem materie non prædicari de toto composito, sed totam materiam, expressè quidem secundum vnā partem, secundum aliam verò tacitè; quod & in alijs rebus contingit. Adde vñ Patrum partem Sacramenti interdum dici de toto, vt cum Sacramentum confirmationis vocatur oleum.

Resp. tamen 2. in definitione Magistri non prædicari solam partem materie etiam explicitè, sed totam materiam, cum dicitur *est ablutio &c. facta sub forma verborum prescripta*: perinde enim est ac si diceretur, baptismus est ablutio &c. & certa verborum forma.

Metaphysica definitione baptismus definiti potest Sacramentum regenerationis; in qua definitione Sacramentum ponitur loco generis, regenerationis loco differentia. nam quamvis sit commune omnibus Sacramentis nouæ legis conferre gratiam sanctificantem, per quam anima spiritualiter generatur, si erat per peccatum mortua; nihilominus per baptismum specialiter confertur vt regenerationis, seu ad conferendam spiritualem natiuitatem.

Ex quibus conficitur optimam esse definitionem traditam à catechismo Concil. Trid. quod scilicet baptismus sit Sacramentum regenerationis per aquam in verbis cum complectatur partes essentielles metaphysicas, genus & differentiam, & physicas, materiam & formam.

Nullò verò modo probanda est definitio baptismi quam adfert Calu. lib. 4. institut. cap. 23. §. 1. nimirum quod sit *signum initiationis, quo in Ecclesia cooptamur societatem, vt Christo insiti inter filios Dei censeamur*. nullo, inquam, modo est probanda; cum neque rei essentiam declaret, neque attingat præcipuum effectum baptismi, scilicet spiritualem regenerationem, neque conueniat soli baptismo, cum etiam conueniat circumcissioni, per quam olim aliquis in Ecclesiam cooptabatur.

## ARTICVLVS II.

## Virum baptismus fuerit institutus post Christi passionem?

**R**ESPONDET 1. Sacramentum baptismi institutum fuisse ante Christi passionem.

Responder 2. non fuisse necessarium ante Christi passionem, seu ante Christi passionem non fuisse hominibus impositam necessitatem baptismum recipiendi; de quo infra. Circa priorem responsionem

Notandum, certum esse baptismum immediate à Christo fuisse institutum, vt patet ex quæst. 64. in dubio circa articulum 2. neque vllus hæreticus qui aliquod Sacramentum admittit, id negauit, cum si de vllò Sacramento clarè probari possit, maxime probetur de baptismo. ceterum est

Resp.

3.

Baptismus metaphysice definitur Sacramentum regenerationis.

Improbatur definitio Caluini.

Resp.

Certum est Baptismum à Christo immediate institutum.



## D V B I V M.

*An hoc Sacramentum fuerit institutum  
ante Christi passionem?*

5.

Opinio Ca-  
ni.  
Baptismū  
non fuisse  
institutum  
ante Chri-  
sti Passio-  
nem.  
Chrysost.  
Theophyl.  
Hieron.  
Leo.

6.

Sententia  
conuaria  
defenditur.  
Magist.  
S. Thom.  
Prob. 1. ex  
Script.  
Ioan. 3.

Christus  
non bap-  
tizauit per  
discipulos,  
baptismo  
Ioannis.

Responsio  
Cani infir-  
matur.

August.

7.

Probatur 2.  
ex PP.  
August.  
Cyril.

**C**ANVS lib. 8. de locis Theologicis cap. 5. §. 8. *quare si longiore*, censet esse probabile quod baptismus non fuerit ante passionem à Christo institutus: pro qua sententia citat Chrys. hom. 28. in Ioan. in illa verba, *nondum missus fuerat Ioannes in carcerem*, Theophylactum in caput 3. Ioan. in illa verba, *post hac &c.* Hieron. dialogo aduersus Luciferianos, Leonem epist. 4. decretali cap. 3. citatur etiam à quibusdam Rupertus lib. 3. in Ioan. ad prædicta verba *post hac venit Iesus &c.* immo huic sententiæ videtur fauere D. Tho. in præf. quaest. 73. art. 5. in priori solutione argumenti 4.

Communis sententia Theologorum tenet cum Magistro dist. 3. institutum ante passionem, quod aperte docet D. Thom. hic. quæ sententia est omnino verior.

Probatur ex cap. 3. Ioan. *post hac venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat*, scilicet per discipulos, ut patet ex initio cap. 4. Ex hoc loco patet Christum saltem per suos discipulos baptizasse, non baptizauit autem baptismio Ioannis; ergo suo, & proinde ex eo loco concluditur aperte baptismum Christi fuisse institutum ante passionem. Minor probatur: si baptizasset baptismio Ioannis, discipuli Ioannis baptista non debuissent illi inuidere, neque potuissent dicere, *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat &c.* cum cessasset ad celebritatem nominis Ioannis, quod Christus saltem per discipulos eius baptismio vteretur. Neque etiam Ioannes debuisset insinuare excellentiam baptismi Christi supra suum suis discipulis dicens, *non potest homo accipere quidquam nisi fuerit ei datum de celo*. 3. Christus non debuisset dici facere plures discipulos quam Ioannes & baptizare, si iussisset illos, ut baptismio Ioannis. Ex his manifestè patet discipulos Christi non fuisse vfos baptismio Ioannis, vel tanquam à Ioanne instituto, vel etiam ex Christi mandato.

Vnde patet minus solidam esse responsionem Cani §. citato: siue enim fuissent vbi baptismio aquæ ex institutione & auctoritate Ioannis, siue simili baptismio ex mandato Christi, nullus fuisset locus inuidiæ & liuori discipulorum Ioannis: cum intentio Christi & discipulorum eius latens non potuisset in animis discipulorum Ioannis ingenerare opinionem quod Christus non vteretur eiusdem Ioannis baptismate, neque Ioannes debuisset extollere excellentiam baptismi Christi, si non fuisset maioris virtutis.

Confirm. conclusio. Aug. tract. 5. in Ioan. sub finem censet baptizatos à Iuda non fuisse baptizatos, eo quod Christi baptismio vsus fuerit; constat autem Iudam ante passionem baptizasse.

Probatur 2. idem Aug. tract. 15. in Ioan. explicans illud *Dominus autem hac cum audisset*, ait: *Baptizabat, enim (scilicet Iesus) quia ipse mundabat; non baptizabat, quia ipse non tingebat: præbebat discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutorium maiestatis.* ex quo August. testimonio duo licet colligere: prius, quod baptismus de quo agit fuerit maioris virtutis, quam baptismus Ioannis, cum per illum homines interius mundarentur: po-

sterius, quod talis baptismus fuerit ante passionem collatus, cum Aug. respiciat ad caput 4. Ioan. videri potest epist. 108. vbi habet consimilia. similiter Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 57.

Probatur 3. constat baptismum esse ianuam Prob. 3. Sacramentorum, & nullum esse capacem aliorum Sacramentorum, qui non fuerit prius baptizatus; cum ergo Apostoli aliqua Sacramenta ante Christi passionem receperint, saltem Eucharistiam, dicendum est eos ante passionem fuisse baptizatos; cum nulla ratio nos cogat asserere ordinem à Christo pro cæteris constitutum fuisse neglectum respectu Apostolorum.

Ex his sequitur 1. non tantum materiam baptismi designatam fuisse ante passionem, sed etiam formam; nam alioqui dici non posset ipsum Sacramentum ante passionem institutum. Quando ergo Christus Matth. ult. dixit *baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti*, non instituit primum formam, sed prius institutam publicè proposuit, & promulgauit baptismi Sacramentum tanquam paulò post futurum necessarium ad salutem, scilicet in die Pentecostes, quando lex Evangelica fuit promulgata: nam licet antea fuerit verum Sacramentum, non tamen fuit pro eo tempore ad salutem necessarium.

Sequitur 2. baptismum ante passionem habuisse omnem eam vim intrinsecam quam iam habet, bapt. habuit omnem vim suam ante Christi Passio-

Nec obstat quod tunc regnum cælorum non ita aperuerit, ut si quis baptizatus ante passionem fuisset mortuus, in illud statim fuisset receptus; quia id non prouenit ex intrinseca baptismi imperfectione, sed ex eo quod opus nostræ redemptionis nondum fuisset consummatum, ante quam consummationem nullus quantumvis iustus in cælum recipi poterat. Idem accidisset si quis recepta Eucharistia ante passionem obijisset, quod tamen non arguisset Sacramentum Eucharistiæ non contulisse gratiam Apostolis dignè recipientibus. Idem accidit circumcisis in antiquo testamento, etiam iuxta eorum sententiam qui censent eam gratiam contulisse.

His constitutis explicandæ sunt duæ difficultates.

Prior est quo tempore baptismus fuerit institutus: qua de re duplex est sententia.

Prior est institutum fuisse quando Christus à Ioanne in Iordane est baptizatus, tenet Magister dist. 3. D. Thom. & Caietan. hic, Victoria in summa quaest. 9. seu 2. de baptismio, Sotus distinct. 3. quaest. vnica art. 2. §. *ut verò*, & alij; quorum sententiæ videntur fauere Patres docentes quod quando Christus fuit baptizatus, contactu mundissimæ carnis suæ vim regenerationis aquis contulerit, ut Beda hom. in octaua Epiphaniæ: quod aquas in baptismate sanctificauerit, seu mundauerit, ut Ambros. lib. 2. in Lucam cap. ult. quod aqua ius baptismatis habuerint, Ambros. supra. Consimiles plurium Patrum sententiæ refert Vasquez. disp. 146. cap. 6.

Posterior sententia censet non fuisse tunc institutum, sed paulò post, quando scilicet discipulos congregauit. tenet Scotus distinct. citata quaest. 4. Gabriel quaest. vnica art. 3. dubio ult. & alij.

Vtraque sententia est probabilis; posterior tamen videtur probabilior: quia institutio baptis-

mi fuit



mi fuit actus Doctoris publici, atque adeo conuenienter debuit esse actus publicus & solemnus, qualis non fuit is quo Christus fuit à Ioanne baptizatus, in quo non se gessit tanquam personam publicam, sed vt priuatam.

Ad priorem sententiam Responderi potest nulum Patrem disertè docere baptismum Christi institutum fuisse quando is baptizatus fuit, sed solum docere eum non fuisse ab aquis purgatum, mundatum, sanctificatum, sed potius eas sanctificasse, purificasse, easque contactu mundissimæ carnis Christi vim regeneratiuam recepisse, ius baptismi induisse: non quòd baptismus fuerit reipsa tunc institutus, sed quòd ex eo tempore aqua per Christi contactum fuerit moraliter sanctificata, & aliquo modo destinata pro materia baptismi.

Posterior difficultas est, num Christus aliquos per se baptizauerit: plerique videntur negare propter illud Ioan. 4. *quoniam non baptizaret, sed discipulis.*

Verisimilius tamen est quòd aliquando baptizauerit, vt censet D. Thom. infra quaest. 84. art. 7. ad 4. existimans quòd Christus suos discipulos baptizauit: quod etiam sentit August. epist. 108. cuius sententiam censet probabilem Toletus in prædictum caput 4. Ioan. annotatione 1. Alij censent à Christo baptizaram saltem Beatam Virginem, & S. Petrum.

Probat, Ioan. 3. *post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis & baptizabat:* quod ita videtur intelligi vt Christus per se baptizaret, videnturque ita intellexisse discipuli Ioannis Baptista, cum eodem cap. dixerunt Ioanni, *Rabbi qui erat tecum &c. ecce baptizas.*

Ad id quod ex cap. 4. adfertur Responderetur Evangelistam nolle negare Christum vnquam per se baptizasse, sed solum velle docere quòd communiter id non fecerit, vt D. Thom. quaest. 84. citat: idque vt ostenderet se potissimum esse missum ad docendum & prædicandum.

Relat respondeamus ad authoritates initio duj in contrarium allatas. Fateor Chryf. loco citato docere baptismum, quo Christi discipuli baptizabant, fuisse gratia expertem, quibus verbis omnino videtur sentire non baptizasse baptismum Christi: sed ab eius sententia hac in parte est recedendum, cum nullo nitatur firmo fundamento.

Nam quod in superioribus videtur indicare, huiusmodi baptismum gratia caruisse, quia nondum erat Spiritus datus Ioan. 7. non probat intentum; cum Evangelista solum velit, ante Christi glorificationem Spiritum non fuisse datum, vel visibili specie, quomodo in die Pentecostes datus est discipulis, vel gratiam non fuisse datam in ea excellentia, qua postmodum erat concedenda. Idem dicendum de Theophylacto, qui Chryf. communiter sequitur, scilicet in eadem cum Chryf. fuisse sententia, quod etiam de Ruperto dicendum.

Hieronymum dicam non aduersari communi sententia: nam dialogo citato ante medium ita habet: *perfectum autem baptisma non est nisi quod in cruce & resurrectione Christi est.* quibus verbis non vult baptismum Christi fuisse post passionem institutum, sed vim suam peccata delendi & liberandi à gehenna quæ virtute caruit baptismus Ioannis, vt ibidem asserit Hieron. ) accepisse à Christi passione; quam constat potuisse habere etiam passionem præcesserit, vt patet ex Eucharistia.

Nec similiter aduersatur S. Leo: nam epist. ci-

tata non agit de baptismi institutione, neque vult eum non fuisse institutum ante passionem; sed solum docet initio capitis baptismum habere vim regenerandi ex morte Christi & resurrectione; quod verum est, licet fuerit ante passionem institutus: post medium verò docet, Christum post resurrectionem dedisse discipulis potestatem baptizandi, quæ scilicet explicetur in Scriptura; seu, vult Scripturam solum post resurrectionem facere mentionem potestatis baptizandi discipulis tradita; non verò negat baptismum ante passionem fuisse institutum.

Denique D. Thom. non fauere priori sententia satis constat ex præsentia art. In illa ergo solutione argumenti 4. citata non vult affirmare baptismum post Christi passionem institutum, sed solum ostendere qua ratione posset argumento responderi; videlicet etiam concessio quòd baptismus post Christi passionem fuisset institutus, non sequi inconuenienter Eucharistiam ante passionem institutam; nam licet baptismus prius debeat alicui conferri quàm Eucharistia, tamen Eucharistia potuit ante baptismum institui; quia institutio respondet ordini intentionis, secundum quem Eucharistia est prior baptismi. Caterum in posteriori eiusdem argumenti solutione idem tradit quod præsentia articulo, docens aliquos ante Christi passionem baptismum recepisse.

Explicatur  
& D. Tho.

### ARTICVLVS III.

#### *Virum aqua sit propria materia baptismi?*

**P**ERTRACTATA quaestione quid sit, & an sit baptismus, querit de partibus physicis eiusdem, materia scilicet & forma, ex quibus baptismus suo modo physice componitur.

Respondet autem affirmatiuè. vbi

13.

Resp. affir.

Notandum Lutherum interrogatum num deficiente aqua liceat baptizare in lacte aut cereuisia, primum quidem respondisse diuino iudicio id esse committendum; postmodum tamen addidisse omne illud aptum ad baptizandum, quod nomine balnei nuncupari potest. ita refert Bellarm. libr. de baptismo cap. 2. ex quo liquet illum existimasse non solum aquam esse huius Sacramenti materiam.

Error Lutheri.

Hæretici dicti Iacobitæ, vt refert Bernardus Lutzenburgensis in catalogo hæreticorum lib. 2. verbo *Iacobitæ*, videntur sensisse baptismi materiam esse ignem. nam loco nostri baptismi adhibebant adustionem ferro candente in fronte vel genis paruulorum. Alij qui videntur circa baptismi materiam errasse, potius errant circa Sacramentum, vt ostendit Vasquez disp. 141. cap. 1. negantes scilicet vel baptismi Sacramentum, vel eius necessitatem.

14.

Sed conclusio D. Thom. est de fide, definita in Concil. Flor. decreto de Sacramentis, & in Trid. sess. 7. can. 2. de baptismo, his verbis: *si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. ad metaphoram aliquā detorserit, anathema sit.* ex qua definitione duo habemus: prius est, aquam ita esse propriam materiam baptismi, vt nihil aliud in eo per modum materiam possit adhiberi; posterius est, locum illum Ioan. 3. *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,*

Conclusio est de fide.  
Florent.  
Trident.



non potest introire in regnum Dei, in omni proprietate verborum esse accipiendum; atque aded nomen (aqua) eo loco accipi de vera & naturali aqua, & in omni proprietate; quamvis quibusdam alijs in locis metaphorice sumatur.

Prob. 1. ex  
Script.  
Ioan. 3.  
Act. 8.  
Ephes. 5.

Probatur ergo conclusio: 1. ex praedicto loco Ioan. qui communi Ecclesiae sensu de aqua naturali intelligitur. nam Ecclesia ex hoc loco semper intellexit baptismum aquae esse ad salutem necessarium, modo infra explicando. Eadem conclusio probatur ex Act. 8. ubi cum Eunuchus multa esset edoctus à Philippo Diacono de Christo & baptismo, dixit: ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Scriptura indicante Eunuchum intellexisse aquam naturalem esse ad baptismum necessariam, idque à Philippo didicisse. 3. ex Apost. ad Ephes. 5. mundans (scilicet Ecclesiam) lavacro aquae in verbo vitae. quem locum intelligi de baptismo in quo anima mundatur, & sine ruga & macula exhibetur, ibique aquam proprie accipi, patet ex August. tract. 80. in Ioan. unde ista tanta virtus aquae ut corpus tangat & cor abluat, nisi facient verba? & rursum: accedit verbum ad elementum (scilicet aquae de quo ibi) & fit Sacramentum: nam his verbis videtur August. respicere ad locum ad Ephes. citatum.

15.

Prob. 2. ex  
PP.  
August.  
Ambros.  
Beda.  
Hieron.  
Ezech. 36.

Probatur 2. ex Patribus, August. loco citato Ambros. & Beda citatis praecedenti articulo, & alijs qui censent aquam accepisse vim regenerationis, ius baptismi &c. quando Christus à Ioanne est baptizatus, & proinde existimant eam tanquam materiam nostri baptismi tunc fuisse destinata: item ex Patribus qui docent trinam immersionem adhiberi in baptismo, quos infra referemus; nam agunt de immersione in aquam. 3. eadem veritas praedicta fuit Ezechielis 36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitamentis vestris, ut Hieron. in illum locum.

Varia congruentia.

Eandem veritatem varijs congruentijs declarat D. Tho. videlicet quod aqua mundet, refrigeret, sit fecunda; quae omnia optime conveniunt baptismi. Optima etiam est congruentia quod baptismus sit Sacramentum communissimum, & maxime necessarium, ac proinde convenienter in materia maxime vulgari fuerit institutus, ut D. Thom. congruentia 4.

16.

Benedictio  
aquae non  
est de ne-  
cessitate  
Baptismi.

Aduerte ex solutione 5. argumenti quod licet aqua naturalis sit materia baptismi, convenienter tamen illi adhibeatur aliqua benedictio, non tanquam necessaria ad valorem baptismi, sed ad quandam solemnitatem per quam fidelium devotio excitetur.

Obiectio 1.  
Matth. 3.

Contra hanc veritatem obijci potest 1. illud Matth. 3. ego quidem baptizo vos in aqua, in penitentiam &c. ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igni. per quam particulam S. Ioannes Baptista videtur designare materiam baptismi Christi, quem suo baptismo opponit. Propter hunc Scripturae locum forte Iacobus in suo errore pertracti sunt. Verum

Resp.

Resp. neg. ex eo loco probari ignem esse baptismi materiam. Nam, ut omittam plures Patres ita interpretari hunc locum, ut ad praesens institutum nihil faciat, ut videre est apud D. Tho. hic ad 1. & apud Scripturae interpretes in hunc locum Matth. quorum aliqui per ignem intelligunt ignem tribulationis, alij ignem iudicii, alij ignem purgatorii, quo Christus suos baptizabit, id est purgabit, ut inquam eos omittam, cum sit omnino verius & conformius pluribus Patribus hunc locum intelligi de Christi baptismo.

Dico Ioannem Baptistam non opponere suum baptismum baptismi Christi in materia, sed in virtute seu efficacia; quasi dicat, confero vobis baptismum in aqua solum, expertem omnis virtutis & efficaciae ad animam interiori sanctificandam & mundandam à peccatis, sed solum in penitentiam, id est cum preparatione ad penitentiam, & ad baptismum Christi qui erit in remissionem peccatorum; nam ille vos baptizabit in Spiritu S. & igni, id est, eius baptismus habebit efficaciam animam interiori mundandi, & eius rubiginem consumendi: unde per ignem eo loco intelligitur Spiritus S. quatenus valens animae rubiginem abstergere.

Obijci potest 2. quod 1. Ioannis 5. dicatur: hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. ex quo videtur effici quod sanguis etiam requiratur ad materiam huius Sacramenti.

Resp. neg. id sequi, quia plerique censent hanc non esse referendam ad baptismum, sed ad Christum in cruce pendentem, ex cuius latere fluxit sanguis & aqua: quod videtur textui conformius, quia Apostolus vult trium testimonio ostensum fuisse in cruce Iesum Christum esse verum hominem, scilicet spiritu, quando cum clamore expiravit, aqua, & sanguine quae de eius latere fluxerunt. Quod si cum quibusdam referamus aquam ad baptismum, non est opus etiam referre sanguinem tanquam materiam, sed tanquam id à quo aqua omnem suam vim & efficaciam in baptismo sortitur; hoc sensu Christi baptismus non in sola aqua confertur, ut baptismus Ioannis, qui carebat omni virtute interiori, sed adest illi virtus sanguinis ad delenda peccata: unde Iesus Christus in baptismo non venit in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Plures alias Patrum interpretationes praetereo, quod ad rem praesentem non faciunt; quae videri possunt apud Lorinum in hunc locum.

#### ARTICVLVS IV.

#### Utrum ad baptismum requiratur aqua simplex?

RESPONDETUR requiri veram aquam & naturalem. Patet ex definitione Conc. Trid. sess. 7. can. 2. de baptismo, & ex Flor. confirmantque omnia praecedenti articulo allata. quia nomen aquae absolute & in propria significatione sumptum significat veram aquam & naturalem, de qua intelligenda Scriptura & Patres, dum agentes de baptismo mentionem aquae faciunt. hinc D. Tho. in fine corp. docet conferri baptismum in qualibet aqua qualitercumque transmutata, dummodo non solvatur species aquae: si verò solvatur, non posse fieri.

Notandum ergo omnem aquam vsualem esse materiam necessariam & sufficientem huius Sacramenti, ut communiter Doctores. ex quo

Deducitur 1. baptismum collatum in aqua putei, fluminis, maris, pluuii, resoluta ex nive, glacie, grandine esse validum.

Deducitur 2. valide etiam conferri, quamvis aqua alteretur, dummodo statum & conditionem aquae vsualis retineat: unde posse valide conferri siue aqua sit calida, siue frigida. item licet transierit per meatus sulphureos, per cineres, vel sit ex sale resoluta. hinc D. Thom. ad 4. docet baptismum posse conferri in lixivio.

Deducitur 3. valide conferri in aqua alteri corpori permixta, dummodo non sit tanta per-

mixtio

17.

Quid intelligatur per ignem Matth. 3.

Obiectio 1. Ioan. 5.

Resp.

18.

Quomodo Christus venientia aqua & sanguine

19.

Resp. art.

Aqua vsualis est materia Baptismi necessaria & sufficiens. Corollaria.

20.

Aqua permixta alteri corpori



## D V B I V M

## Quanam sit proxima baptismi materia?

23.

**N**OTANDUM Doctores communiter assignare duplicem materiam Sacramentorum, quæ in usu consistunt; potissimum baptismi, Confirmationis, extreme unctionis, & aliquo modo Ordinis; scilicet remotam, & proximam. Remota est ipsa res externa sensibilis, ex qua Sacramentum conficitur, v. g. in baptismo est aqua vera naturalis; proxima, vocatur ipsa applicatio materiae remotæ, seu rei sensibilis. Ratio autem cur huiusmodi applicatio dicatur materia proxima, est quod res externa nunquam concurreret ad Sacramentum conficiendum, vel ad gratiam conferendam nisi applicetur subiecto quod dicitur Sacramentum recipere: nam quantumcumque pronuntietur forma, nunquam perficeretur baptismus, nisi ipsa aqua applicetur alicui, qui dicitur baptizari, ut per se constat. Cuius ratio est quod forma designet huiusmodi applicationem: nam per verba, ego te baptizo, designatur alteri applicari aquam; unde falsa est oratio, si nihil applicetur subiecto. Confir. ex Aug. tract. 80. in Ioan. dicente, unde ipsa tanta virtus aquæ ut corpus tangat, & cor abluiat? ubi non aliter tribuit aquæ virtutem sanctificandi quam continendo.

Sacramentorum duplex materia, remota, & proxima.

August.

24.

**D**ixi potissimum baptismi &c. quia in penitentia & matrimonio, non ita propriè materia remota & proxima videtur assignari; quamvis in penitentia materiam remotam assignent peccata, proximam verò censeant esse confessionem sacramentalem, & in matrimonio videantur posse assignari personæ contrahentes pro materia remota, traditio verò earundem personarum pro proxima. Verum hæc non ita propriè dicuntur: nam Doctores per materiam tam remotam quam proximam intelligunt materiam ex qua; peccata autem respectu Sacramenti penitentiae non sunt materia ex qua, sed circa quam, ut per se patet: neque enim peccata in Sacramento penitentiae concurrunt cum forma tanquam instrumentum iustificationis, sed se habent ut id ad cuius deletionem tendit Sacramentum per suam materiam & formam, ex quibus conficitur. Similiter in matrimonio personæ contrahentes probabili variorum sententia non sunt materia ex qua ipsius Sacramenti, sed materia circa quam.

Peccata in Penitentia sunt tantum materia circa quam.

**D**ixi etiam, aliquo modo Ordinis, nam licet in varijs Ordinibus res aliqua externa concurrant ut materia remota, quarum applicatio seu traditio dici possit materia proxima, id tamen de omni ordinatione dici nequit; cum in secunda ordinatione sacerdotis, quando nimirum dicitur, accipe Spiritum S. quorum remiseras peccata remittuntur eis &c. nulla res externa sensibilis tradatur, sed tantum manus ab episcopo imponantur, his prenotatis.

25.

**R**esp. & dico materia proxima baptismi est ablutio. ita communiter Doctores.

Conclusio. Materia proxima Baptismi est ablutio. Prob.

**P**robatur 1. ex dictis constat abluitionem pertinere ad rationem Sacramenti baptismi, ut autem communiter Doctores contra Sotum, non pertinet tanquam tota ratio & substantia Sacramenti; constat etiam non pertinere tanquam formam, restat igitur ut se habeat tanquam materia: cum ergo non sit remota, relinquatur quod sit proxima. Confir. minister ratione abluitionis dicitur baptizare, & alius dicitur baptizari, non tanquam à forma, igitur tanquam à materia.

Probatur

mixtio ut status aqua mutetur, & censeatur aliud corpus. Hinc valet baptismus collatus in aqua turbida, item in aqua decoctionis carnum, quando non est tanta resolutio aliorum corporum, ut censeatur aliud corpus. videri potest D. Thom. ad 2. Quid si aqua ita permisceatur alijs rebus, ut planè aliud corpus censeatur, ut fit in luto, item in vino lymphato, nullo modo valet baptismus, quia licet aqua in tali corpore existens non sit substantia, licet mutata, tamen illud corpus nec est, nec dici potest aqua, & proinde non est apta materia baptismi: si tamen aqua leceretur ex tali corpore, valde in ea baptismus conferretur, ut S. Tho. ad 2. in his communis conveniunt Doctores. vide Scotum dist. 3. q. 3. Sotum eadem dist. q. unica art. 4.

**A**dverte tamen graue peccatum committi, si secunda adhibeatur, cum pura facile possit obtineri; quia id graviter aduerteretur reverentiæ Sacramento debita, quamvis baptismi substantia subsistat.

**N**otandum 2. baptismum non posse valde conferri in alijs liquoribus, qui rationem aquæ naturalis & vidualis non participant, neque communi hominum iudicio censeantur aqua; siue specie physica ab ea differant, siue non. Vnde baptismus conferri nequit in saliva, lachrymis, sudore, lotio, phlegmate, cerevisia, pituita. item in succis qui ex varijs herbis exprimuntur, in aqua rosacea. Ratio est quod hæc morali hominum iudicio & estimatione non censeantur aqua naturalis, & vidualis, siue differant specie ab aqua elementari, siue non. Cuius rei vltior ratio est, quod materia huius Sacramenti non tam sit diiudicanda ex identificatione vel distinctione specifica physica, quam ex morali hominum estimatione, secundum quam aliquid cõsetur retinere statum & conditionem aquæ naturalis.

**S**imiliter nix, grando, glacies, nubes, quamdiu huiusmodi statum retinent non sunt apta materia huius Sacramenti; nam quamvis probabili Philosophorum sententiâ conveniant specie cum aqua elementari, tamen statum aquæ amiserunt, & quamdiu sub illo statu remanent, non sunt apta ad lavandum corpus, & per consequens si adhiberentur, forma esset falsa, cum per eam designetur corpus abluui.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.

**H**inc est quod licet ea quæ notabilè 2. diximus non esse materiam convenientem baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, nix, in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo baptismus saltem sub conditione esset repetendus.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.

**H**inc est quod licet ea quæ notabilè 2. diximus non esse materiam convenientem baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, nix, in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo baptismus saltem sub conditione esset repetendus.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.

**H**inc est quod licet ea quæ notabilè 2. diximus non esse materiam convenientem baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, nix, in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo baptismus saltem sub conditione esset repetendus.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.

**H**inc est quod licet ea quæ notabilè 2. diximus non esse materiam convenientem baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, nix, in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo baptismus saltem sub conditione esset repetendus.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.

**H**inc est quod licet ea quæ notabilè 2. diximus non esse materiam convenientem baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, nix, in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo baptismus saltem sub conditione esset repetendus.

**A**dverte quod quia baptismi Sacramentum est maxima necessitatis, si occurreret extrema necessitas baptismi alicui conferendi, utpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubiâ, deficiente indubitata: quia nulla irreverentia censeatur irrogari Sacramento, quod proximo aliquin perituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores.



Probat 2. materia proxima in hoc Sacramento est id quod per formam Sacramenti designatur: in Sacramento autem baptismi quod designatur est ablutio, ut patet ex forma, *ego te baptizo*. Maior probatur, quia per formam huius Sacramenti Minister significatur aliquid circa alium tanquam circa subiectum operari. Circa hæc

Ablutio hic non distinguitur a lotionem. Scotus.

Aduerte 1. abluionem in presenti non distingui contra lotionem, neque includere a motionem sordium à corpore per contactum aquæ, ut optime Scotus dist. 3. quest. 3. sed solum in genere dicere lotionem corporis ab aqua, & talem lotionem sufficere ad materiam proximam baptismi, quamuis sordes corporis per eam reipsa non abstergantur: nam communis vsu constat aliquem dici se ablueri, lauari, licet interdum corporis sordes non eluat.

Ad eam opus est reali contactu aquæ.

Aduerte 2. ratione huius abluionis aquam debere contingere corpus eius qui dicitur baptizari, sine quo reali contactu Sacramentum non perficitur. Ratio est quod nullus dicatur abluui aqua, nisi illa realiter physice eum contingat; & proinde nisi aqua corpus contingeret, forma quæ significat illud abluui, esset falsa. Confir. ex sententia Aug. citata. quanta autem pars contingi debeat ad valorem baptismi in sequentibus dicetur.

Debet aqua à ministro applicari.

Aduerte 3. hanc abluionem non solum requirere ut aqua corpus tangat, sed etiam ut à ministro applicetur: quod satis patet ex forma latina, *ego te baptizo*, quæ erit falsa nisi aqua à ministro applicetur: unde si sacerdos pronuntiaret formam super aliquo qui contingeretur ab aqua sine vllo eiusdem sacerdotis ministerio, non conferretur baptismus, ablutio igitur ut sit & censeatur proxima materia huius Sacramenti, dicit ordinem ad alium qui dicitur baptizare, tanquam ad agens. His constitutis tanquam certis & communiter receptis

Difficulus.

Difficultas est, quid sit illa ablutio quæ est proxima baptismi materia? pro quo

Notandum abluionem variè sumi à Doctoribus. 1. ut est actio egrediens ab agente, & passio recepta in passio. 2. ut idem est quod contactus aquæ, quo aqua dicitur formaliter corpus tangere.

Materiam proximam baptismi esse ipsum aquæ contactum, non nulli probabiliter opinantur.

Aliqui dicunt proximam baptismi materiam esse huiusmodi contactum aquæ, qui sit terminus actionis ministri, & proinde qui tanquam terminus dicat ordinem ad ministrum, qui dicitur baptizare: quod videtur indicare Scotus supra: & tenent quidam alij, quorum sententia videtur fauere Aug. supra: nam indicat aquam suo contactu quo tangit corpus, cor ablueri. 2. materia baptismi debet recipi ab eo qui dicitur baptizari, debetque eum denominare: quod optime isti contactui competit: nam ille suo modo inest baptizato (quomodo potest esse aqua in homine qui aspergitur) & eum denominat baptizari. 3. materia proxima est vnio materiæ remotæ: ratio autem vnionis materiæ remotæ cum subiecto recipiente baptismum optime conuenit isti contactui, non vero actioni vel passioni prout ab illo distinguuntur & sunt via ad eiusmodi vnionem. 4. denique iuxta illam sententiam melius explicatur quomodo multiplicentur baptismi, licet minister vno eodemque impetu plures baptizet. hæc sententia est probabilis.

28.

Probabilis est enim consistere in actione ministri, prout recipitur in passio.

Alij tamen non minus probabiliter existimant abluionem quæ constituitur proxima materia baptismi esse actionem ministri circa recipientem Sacramentum, & prout recipitur in passio.

Probari potest ex eo quod baptismus & similia Sacramenta dicantur consistere in vsu, per quod

nilil aliud videtur designari quam consistere in vsu materiæ respectu subiecti cum debita forma; id autem designat actionem & aliquid transiens, non verò permanens: igitur consistunt in quadam actione ministri circa subiectum recipientem Sacramentum, & proinde actio est materia proxima, & quod sequitur, ablutio quæ dicitur materia proxima baptismi est actio

2. minister prius potest denominari baptizare & alius denominari baptizari ab ablutione per modum actionis & passionis se habente, quam ab illo contactu tanquam termino productus; (si quid producat, & quidquid illud sit) & huiusmodi actio potest optime per verba formæ designari: ergo ea commodè potest poni materia proxima, cum applicatio materiæ remotæ quam forma designat, sit materia proxima. Denique cum ipsemet contactus non dicatur materia proxima nisi per respectum ad agens, & ut resultans ex actione & applicatione materiæ, ipsamet applicatio seu ablutio quæ minister dicitur applicare materiam externam subiecto, & per quam denominatur baptizare & alius baptizari, fortè commodius dici potest materia proxima.

Aduerte iuxta posteriorem sententiam, quando forma finitur ante quam materia sufficienter applicetur ad valorem Sacramenti, gratia non conferri in instanti intrinseco ipsius Sacramenti, sed in extrinseco. Nam cum ablutio quæ dicitur materia proxima baptismi, iuxta illam sententiam consistat in actione, ea quæ actio sit successiua, constat non compleri termino intrinseco, sed extrinseco, seu ut dicitur per primum sui non esse: in quo termino gratia baptismi confertur subiecto legitime disposito.

Iuxta priorem sententiam videtur conferri in instanti ipsius Sacramenti, nam quamuis contactus producat actione successiua, videtur tamen dari aliquod instans quo sit verum dicere, aqua primum sufficienter contingit corpus ad valorem baptismi; quod instans est Sacramento intrinsecum, ratione cuius Sacramentum dici potest intrinsece compleri.

Ad argumenta prioris sententiæ

Resp. ad primum, non fuisse curæ Augustino quid esset ille tactus, sed tantum voluisse docere aquam applicatam subiecto cum forma præscripta cor ablueri; quod sit per actionem ministri receptam in eo qui baptizatur, quia ablutio quæ est actio transiens est in passio, quod ratione illius potest dici aqua tangi.

Ex his patet responsio ad secundum: quod videlicet actio ministri baptizantis sit in eo qui baptizatur, eumque denominet.

Ad tertium Resp. rationem vnionis materiæ remotæ cum subiecto, non tantum conuenire termino, sed etiam actioni in illo subiecto receptæ, cum non tantum terminus productus possit dici vinculum materiæ cum alio, sed etiam actio per modum viæ & applicationis eiusdem materiæ cum alio possit dici illa inter se vnire, & proinde ex ea parte nihil obstat, quò minus ablutio ut actio transiens, & recepta suo modo in eo qui baptizatur, dici possit materia proxima baptismi.

Ad quartum patet responsio ex dictis; scilicet non melius explicari in alia sententia quò multiplicetur baptismus, quamuis minister vno impetu plures baptizet: nam cum actio transiens recipiatur in passio, ex dictis satis patet multiplicari numero abluiones, & baptismum pro numero eorum qui baptizantur; quamuis enim motio

mem-



memborum prout est aliquid immanens ministro non multiplicetur, externa tamen applicatio materiz, quæ est actio transiens, multiplicatur iuxta multitudinem eorum quibus materia applicatur.

## ARTICVLVS V.

*Utrum hæc sit conueniens forma baptismi, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S.*

## AFFIRMAT.

Notandum iam inde à temporibus Apostolorum varias circa formam baptismi hæreses extitisse, ut patet ex can. 48. Apostolorum, eo tempore aliqui videntur sub hac forma baptizasse, ego te baptizo in tres principio carentes aut, tres filios; aut, tres personæ; cum eo canone iubeatur deponi qui hac forma baptizauerit. & can. 49. aliqui videntur sub hac forma baptismum contulisse, ego te baptizo in Domini mortem; cum similiter iubeatur deponi qui sic baptizauerit; & addatur, non enim dixit Dominus in mortem meam baptizate.

3. Aliqui ex Gnosticis, ut refert Theodoretus lib. 1. hæreticarum fabularum cap. 12. siue de Marco, baptismum sub hac forma conferebant, ego te baptizo in nomen ignoti Patris vniuersorum, in veritatem matrem omnium, in Iesum qui descendit in amonem, & redemptionem & potestatem communionem.

4. Paulianisti cum non agnoscerent in Deo personarum pluralitatem, non vtebantur trium personarum inuocatione, quam ob causam Concil. Nicænum eorum baptismum reprobauit, statuitque ut rebaptizarentur baptizati ab eis, ut patet ex canone 19. eiusdem Concilij: quod tamen Concilij decretum nō de omnibus Paulianistis intelligendum aduertunt authores, cum, ut varij referunt, aliqui forma legitima vterentur.

Denique ut varios omittam, nostri temporis hæretici circa eandem baptismi formam errauerunt, nam quumvis formam à D. Th. relatam concedant esse bonam, nihilominus tamen iudicant ad valorem baptismi non esse necessariam; cum, ut plures referunt, Lutherus lib. de captiuitate Babylonica cap. de baptismo, asserat, baptismum quibuscumque verbis collatum esse ratum & firmum, modo non conferatur in nomine hominis, sed Dei, immo dumodo in Dei nomine suscipiatur, quamuis in Dei nomine non detur: quibus conformia docent alij & quidem conformiter ad suos errores de efficacia Sacramentorum. Si enim Sacramenta solum excident in nobis fidem de peccatorum remissione, non refert quibus verbis vtatur minister, dummodo ea fides in suscipiente possit excitari.

Ex quo obiter patet diligenter aduertendū, quia forma vtantur hæretici in hoc Sacramento summæ necessitatis conferendo, cum sit proliue saltem aliquos, ex implacabili odio quo feruntur in Ecclesiam, non vti forma solita; & proinde ubi rationabile dubium subesset, omnino consulendum ut baptizatus ab eis rebaptizetur, saltem sub cōditione.

Contra hos omnes errores statuitur conclusio: hæc forma, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S. est conueniens & necessaria forma baptismi, non quidem quoad verba, sed quoad sensum. Est de fide, patet ex Concil. Flor. decreto de Sacramentis, ubi dicitur: forma autem (scilicet baptismi) ego te baptizo in nomine Patris & c. 2. Ecclesia Romana semper existimauit prædictam formam

esse legitimam, eamque vel æquiualem esse necessariam ad valorem baptismi. Iess. autem 7. Concil. Trid. can. 3. de baptismo dicitur anathema asserenti, in Ecclesia Romana qua omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de baptismi Sacramento doctrinam. & can. 4. dicitur anathema asserenti baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritus S. cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum. In Concilio Lateranensi dicitur Sacramentum baptismi, quod ad Dei inuocationem & indiuiduam Trinitatem, videlicet Patris & Filij & Spiritus S. consecratur in aqua: refertur cap. firmiter §. 2. de summa Trinitate. In eodem Concilio Græci sub excommunicationis pena prohibentur rebaptizare baptizatos à Latinis: refertur cap. licet Græcos, de baptismo.

Probatur conclusio ex Matth. cap. ultimo: docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S. quo loco præscribi formam baptismi semper intellexit Ecclesia & Patres: igitur præscripta forma est cōueniens & necessaria ad valorem Sacramenti baptismi, saltem quoad sensum. Hinc can. 49. Apostolorum citato ubi iubetur deponi, qui baptismum peregerit in mortem Domini, dicitur, non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate, sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S. & Aug. lib. 6. de baptismo contra Donatistas cap. 25. docet baptismum verbis euangelicis consecrari, per quæ intelligit formam relatam Matth. ult. Cyprianus etiam epist. ad Iubaianum 73. post medium docet, Christum iubere baptizari gentes in plena & adunata Trinitate, quæ scilicet per cōsuetam Ecclesiæ formam inuocatur, ut patet ex eius discursu. Clemens Romanus lib. 7. constitutionum Apostolicarum in cap. 23. de baptismo autem & c. 1. an constituimus ac nunc rursus dicimus, sic baptizandū esse ut Dominus cōstituit, cum dixit euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S. Zacharias Pontifex canone in Synodo de consecratione dist. 4. docet aliquem Christianum non esse nisi in nomine Patris & Filij & Spiritus S. fuerit baptizatus.

Huius necessitatis causa est diuina institutio: congruentiam tamen tradit D. Th. quod in illa forma exprimitur causa principalis, cum dicitur in nomine Patris & c. & instrumental, per illa verba, ego te baptizo.

## ARTICVLVS VI.

*Utrum in nomine Christi possit dari baptismus?*

RESPONDET duabus conclusionibus. Prior est, baptismum non confici si quid desit in forma ad plenam inuocationem Trinitatis. Patet ex dictis, quia forma baptismi à Christo instituta requirit inuocationem trium personarum sub expressis nominibus, ut patet Matth. ult. vnde licet in nomine vnus personæ intelligatur alia, v. g. in nomine Patris intelligatur Filius, & qui nominat vnā personam possit habere rectam fidem de alijs, tamen vnā solā nominatā non perficitur Sacramentum.

Posterior conclusio: ex speciali dispensatione posset baptismus conferri absque expressa Trinitatis inuocatione. Ex qua dispensatione censet responsione ad 1. Apostolos in initio Ecclesiæ baptizasse in nomine Christi: cuius dispensationis congruentiam assignat responsione ad 2. quod in nomine Christi tota Trinitas intelligatur, & proinde in tali forma

Prob. ex  
Script.  
Matth. ult.

Can. Apost.

August.

Cyprian.

Clem. Rom.

Zachar. PP.

35.

Resp. duabus  
conclusionibus.

Secundum  
S. Thomam  
Apostoli  
baptizant  
in nomine  
Christi, ex  
dispensatione.

Z

ferua-



seruabatur forma consueta, saltem integritate intelligibili. Hic quædā sunt proponenda vt cognoscamus quid requiratur ex parte formæ ad valorem baptismi. itaque

## D V B I V M I.

*Vtrum ad substantiam & valorem baptismi requiratur, vt exprimat actio ministri baptizantis?*

36.

Suadetur  
pars negas.

**V**IDEATUR quod non. i. ex forma Græcorū, baptizetur seruus Christi &c. in qua non exprimitur, eum qui profert, applicare aquam recipiēti baptismum, cum hæc oratio possit esse vera quamuis alius abluat.

2. Ex Matth. vlt. solum habemus quod minister debeat baptizare seu abluere in inuocatione sanctissimæ Trinitatis, nō verò quod debeat idipsum significare, seu verbo exprimere se baptizare seu abluere. Conf. ad baptizandū non est opus idipsum in actu signato exprimere, sed sufficit in actu exercito prestare; ergo forma baptismi non requirit vt exprimat actio ministri per verbum baptizo, seu alia ratione.

37.

Affirmatiua  
est certa.  
S. Thom.  
Prob. 1. ex  
sensu Ec-  
clesiæ.

Sed contrarium certum est; quod aperte indicat D. Th. art. 5. in corpore, & ad 1. & constat ex sensu Ecclesiæ, quæ iudicat ad valorem baptismi non solum requiri inuocationem sanctissimæ Trinitatis, sed etiam expressionē actionis baptizandi ipsius ministri, idq; ex illa voce, baptizantes. Nā quemadmodum ex alijs verbis perpetuo Ecclesiæ sensu constat baptismū non consecrari autoritate sanctissimæ Trinitatis eiusq; inuocatione, qualicūque verborū simulā, sed sub expressa trium Personarū inuocatione, vt passim docent Patres, ita ex eodē sensu constat ad substantiā baptismi requiri expressionē actionis baptizantis per illā vocē Euangelij, baptizantes.

2. Ex Cap.  
S. quæ pue-  
rit.

Probat 2. ex cap. si quis puerum, de baptismo & eius effectu, vbi dicitur: si quis puerum in aqua immerferit in nomine Patris & Filij & Spiritus S. anens, & non dixerit, ego baptizo te &c. non est puer baptizatus. Huius autem defectus non est alia causa quam quod non exprimat actio ministri.

3. Ex Flor.

Probat 3. ex Conc. Flor. decreto de Sacramentis, quod postquam tradidisset formam baptismi esse, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S. addit, non tamē negamus quin & per illa verba, baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris & Filij & Spiritus S. &c. verum perficiatur baptismus, quoniam, cum principalis causa ex qua baptismus virtutē habet sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit exterius Sacramentum, si exprimitur actus qui per ipsum exercetur ministerium cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum. Ex quo discursu patet ad valorem baptismi ex parte formæ requiri expressionem actus ministri, pro cuius intelligentia

Conc. Flor.

Notandum aliquos dubitasse de veritate baptismi Græcorum, vt refert D. Th. in 4. dist. 3. quæst. 2. art. 2. quæst. 2. ad 1. Similiter Siluestrum verbo baptismus 1. in fine dicere talem baptismum esse sub conditione iterandum: qui in hanc sententiam potuerunt induci ex eo quod forma Græcorum non videretur æquiualeere formæ Latinorum.

38.

Verus est  
baptismus  
collatus sub  
formā Græ-  
corū: Bapt-  
izetur talis

Contrā verò definit Conciliorum formam esse validam, & validum per eam perfici Sacramentum, quia videlicet in ea nō tantum inuocatur sanctissima Trinitas causa principalis baptismi, sed etiam exprimitur actus ministri qui est causa instrumentalis: in quo discursu duo tacite docet: prius est,

quod forma baptismi Græcorum æquiualeat nostræ; posterius, quod ad valorem formæ requiratur expressio actionis ministri, quia ex illo fundamēto Concil. docet baptismum Græcorū esse validum.

Prob. 4.

Probat 4. forma Latinorū est legitima, & omnis alia debet illi æquiualeere vt censetur legitima, vt autem æquiualeat, debet exprimi actio ministri.

Confir. 1. si nō abludente, forma ab alio profertur baptizantis in nomine Patris &c. non subsister baptismus; cuius nō est alia causa, quam quia actio ministri non exprimitur per huiusmodi formam.

Confir. 2. proferens formam in baptismo, non profert eam tanquam alteri imperans vt materia applicetur subiecto; ergo per formam in imperatio prolatam suam actionem designat.

Ex his facile patet responsio ad obiecta in contrarium. Ad 1. Respondeo neg. assumptum: nam vt patet ex Flor. in forma Græcorū exprimitur actio ministri: quod confirmari potest ex confirmatione prima à nobis allata. Vnde licet hæc forma orationis, baptizetur talis seruus Christi &c. possit esse vera in quantum speculatiue profertur, siue proferens abluat, siue alius; non tamen est legitima forma baptismi nisi proferens abluat, & intendat per formam prædictam hanc abluitionem exprimere.

39.

Ex quo patet quomodo Græcus debeat hanc vocem, baptizetur, intelligere, scilicet imperatiue significando se applicare materiam ad effectum gratiæ in anima ponendum, & cum potestate animam emundandi. Vnde si Græcus deprecatiuē ea forma vteretur, nihil efficere; cum non explicaret actum Sacramenti tanquam suum, atque ita non ostenderet se habere virtutem circa effectum Sacramenti, sed solum alium deprecaretur vt Sacramenti effectum poneret.

Quomodo  
intelligit  
debeat forma  
Græcorum  
vt valida sit.

Ad 2. Respondeo quod ex sensu Ecclesiæ habemus per vocem baptizantes apud Matth. quod non solum designetur actio ministri, seu quod minister debeat abluere, sed quod idipsum debeat exprimere. Ex quo vltius patet responsio ad confirmationem; quod scilicet quamuis ad baptismum spectata solum rei natura non sit opus exprimere actum baptizandi, sed sufficiat actu baptizare; tamē ex Christi institutione id sit necessarium ad valorem baptismi: quæ institutio est congrua. Conueniens enim fuit vt in Sacramentis quæ consistunt in applicatione materiæ, forma explicet ipsam applicationem, quæ fit per ministrum.

## D V B I V M II.

*Vtrum sit de necessitate formæ baptismi, vt in ea persona baptizans exprimat?*

40.

**R**ESPONDEO breuiter negatiue. Patet ex Concilio forma Græcorum, quam esse sufficientem ad valorem baptismi constat ex Concil. Flor. citato; & ex eo quod Ecclesia nunquā curauerit rebaptizari baptizatos à Græcis sub vitata ipsius forma, nec eorū sacerdotes curauerit iterū ordinari: quod tamen facere debuisset, si in forma baptismi requireretur expressio personæ ministri. Alioquin non solum Ecclesia Græca versata fuisset in errore intolerabili, carens legitimo Sacramentorū vsu, veris Sacerdotibus, Episcopis, (cum valor omnium aliorū Sacramentorū dependeat à valore baptismi ministrorū) sed etiā Ecclesia Latina grauissimē errasset, censens eorū Episcopos & Sacerdotes legitimos, nec procurans vt eorū baptismus & ordinatio repeteretur.

Concilio  
negant.  
Prob. ex  
formā Græ-  
corum.

Aduerte tamen personam ministri subintelligi, quia

quia



quia forma debet implicite significare actionem  
ut procedentem ab eo qui profert, cum sit oratio  
prædicta.

Obijcies 1. Alexander 3. cap. si quis puerum cita-  
to, decernit non esse baptizatum puerum super  
quo in aqua immerso pronuntietur, in nomine Pa-  
tris &c. si non dicatur ego baptizo te.

Resp. Pontificem nolle decernere illa verba in  
particulari requiri, sed solum non sufficere inuo-  
cationem Trinitatis pro forma baptismi, nisi etiã  
exprimatur actio ministri: ponit tamen prædicta  
verba, quod soleant communiter in Ecclesia Lati-  
na usurpari.

Obijcies 2. quod cum forma Latinorum ego te  
baptizo, sit legitima, quæcumque alia debeat ei æ-  
quivalere ut censetur legitima forma autem Gre-  
corum in qua non exprimitur persona ministri nõ  
æquivaleret. Nam quamvis per verbum, baptizetur,  
videatur subintelligi persona ministri, cum eius  
actio per illud verbum censetur exprimi, nihilo-  
minus tamen verbum id non significat vi sua &  
formaliter, atque adeo in significato formali non  
æquivaleret illi ego te baptizo; vt verò aliqua forma  
censetur æquivalere formæ vulgari, non sufficit  
aliquo modo illi respondere, sed requiritur vt id  
faciat ex vi significandi.

Resp. neg. minorem eiusque probationem, &  
dico formam Græcorum æquivalere nostræ quoad  
significatū per se necessariū ad formam baptismi,  
quia verbum baptizo solum requiritur vt expri-  
matur actio ministri, vt constat ex Flor. cum ergo  
per vocem, baptizetur, eadem actio sufficenter deno-  
tetur, patet formā Græcorū in significatione per se  
necessariā ad substantiā baptismi æquivalere nostræ.

Ex dictis patet hanc formam: baptizaris in nomine  
Patris, esse validam; similiter hanc: baptizatur hic  
servus Christi. Adverte tamen si quis Latinus in Ec-  
clesia Latina vteretur forma Græcorum, morta-  
liter peccaret, faciens contra consuetudinem Ec-  
clesiæ graviter obligantem.

## D V B I V M III.

*Utrum in forma baptismi sit exprimenda  
persona que baptizatur.*

NOTANDUM inter baptizantē & eum cui con-  
fertur baptismus distinctionē requiri, vt pa-  
tet ex cap. de bñ de baptismo, & eius effectū: vbi  
baptismus decernitur irritus, quem Iudeus in ne-  
cessitate constitutus circa se exercuerat. Huius di-  
stinctionis causa primaria est Christi institutio, cõ-  
ueniens naturis rerum: cum enim baptismus sit  
quædam spiritalis generatio; inter generantem  
autem & genitum debeat intercedere distinctio: sit  
etiam introductio in alterius familiam; nullus  
autem soleat seipsum in alterius familiam intro-  
ducere; satis apparet conuenienter in hoc Sacra-  
mento requiri distinctionem inter baptizantem, &  
eum qui recipit baptismum. hoc prænotato

Resp. affirm. quod p̄ter ex cõmuni Ecclesiæ sen-  
tentiā. Nam semper in Ecclesia fuit obseruatū vt per-  
sona baptizati exprimeretur, quocumq; id tandem  
modo fieret, ergo signum est hanc expressionē per-  
tinere ad substantiā & valorem Sacramenti. Quod  
etiam in Sacramentis tāta cura à tota Ecclesia ob-  
seruatur, videtur ex tacito ipsius Ecclesiæ sensu ad  
substantiam Sacramenti requiri: videturq; Ecce-  
lesiā ita intelligere particulam, eos, apud Matth. cap.  
vlt. baptizantes eos; quod scilicet baptismus non

tantum sit conferendus hominibus, sed etiam ex-  
primenda sit persona eorum quibus conferitur.

Idem patet ex cap. si quis puerum citato; vbi de-  
cernitur baptismus irritus, si in forma non dicatur  
ego baptizo te. Confir. cum inter baptizantē & eum  
qui recipit baptismum requiratur distinctio, quæ  
non satis significatur per verba baptizo vel baptize-  
tur, vt pote indifferentia ad quamlibet personam,  
quæque possint applicari baptizanti etiam respec-  
tu sui ipsius, prædicta verba debent per aliud de-  
terminari, vt hæc distinctio per formam sufficien-  
ter explicetur; quod sit exprimendo personam quæ  
baptismum recipit.

Nec repugnat Florent. quod nullam huius rei  
facit mentionem. Quamvis enim non doceat eam  
requiri, non tamen insinuat nõ requiri, cum id tan-  
quam certum ex vsu & communi Ecclesiæ sensu  
supponat, solum quæ velit tradere formam Græco-  
rum non esse inuálidam ex eo capite, quod illā non  
exprimatur persona baptizantis, de quo aliquis po-  
tuisset dubitare, & nonnulli re ipsa dubitarāt. Confir-  
ipsum Flor. in forma Græcorum quam refert, facit  
mentionem personæ recipiētis baptismum, quam-  
uis non exprimat per pronomē te, vnde

Adverte vt forma censetur valida, non esse ne-  
cesse exprimi personam baptizati per pronomē  
te, sed sufficere omnem eam expressionē per quam  
persona sufficenter innotescit; v.g. ego baptizo Ioan-  
nem &c. baptizo tuos, baptizo tuam maiestatem, baptize-  
tur, vel baptizatur talis seruus Christi, baptizetur, bap-  
tizetur: forma tamen consueta non potest absque  
peccato communiter negligi.

## D V B I V M IV.

*Utrum, citra dispensationem, ad valorem  
formæ baptismi necessaria sit expressa  
inuocatio trium Personarum Diuina-  
rum?*

D V P L E X hac de re est sententiā. Prior asserit  
sufficere implicitam, inuocando scilicet vnā  
eiusdē Trinitatis personam. Tenet Magister dist.  
3. Adrianus in 4. quart. 2. de baptismo §. ad rationes.  
Caiet. hic art. 6. inclinatur Scotus dist. 3. citata q. 2. §. Faut  
tertiū de forma. Cui sententiæ fauēt Nicolaus Papa  
ad consulta Bulgarorū, refertur de consecratione dist.  
4. can. 2. quodam Ind. Amb. lib. de Spiritu S. cap. 3.  
Beda in caput 10. Actorum in fine. Bern. epist. 340.  
& aliqui his antiquiores apud Cyprianū epist. 73.  
ad Iubaianum; ex qua quidam censent colligi Ste-  
phanum Papam in ea fuisse sententiā: quod tamen  
ex prædicta epistola non sufficienter apparet, per  
eos enim, de quibus ibi Cyprianus, non necessariō  
intelligitur Stephanus Pontifex.

Posterior censet seposita dispensatione ad valo-  
rem formæ baptismi, & per consequens ad valorem  
ipsius Sacramēti, requiri expressam inuocationem  
trium diuinarum personarum. est D. Th. hic art. 6.  
in corp. Bonauent. dist. 3. r. p. distinctionis art. 2. q. 2.  
Durād. eadem dist. q. 1. Paludani q. 1. num. 1. Rich.  
art. 2. q. 3. ad 10. & communius aliorum.

Resp. & dico ad substantiam formæ baptismi  
ita est necessaria expressa inuocatio trium diuina-  
rum personarum, vt saltem seclusa dispensatione  
nullo modo subsistat baptismus aliter collatus.

Probatur 1. ex cap. vlt. Matth. quo loco iuxta  
communem Ecclesiæ sensum Christus nõ tantum  
voluit vt baptismus conferretur autoritate acce-  
pta à Deo, & in eius virtute sub quacumque inuo-

Cap. si quis  
puerum.

54.

Occurrit  
instantia.  
Florent.

Potest per-  
sona variè  
exprimi,  
sed retinen-  
da est for-  
ma consueta.

46.

1. Sententiā  
Negant  
Magist.  
Adrian.  
Caiet.  
Faut  
Nicol. PP.  
Ambros.  
&c.

Affirmant  
S. Thom.  
Bonau.  
Durand.  
&c.

47.

Resolutio  
affirm.

Prob. 1. ex  
Script.  
Matth. vlt.



eatione, sed praescripsit formam sensibilem baptismi: igitur ut forma sit legitima requiritur expressa inuocatio trium diuinarum personarum, cum sola forma à Christo instituta sit legitima.

Can. Apostolorum.

Confir. ex can. 49. Apostolorum ubi dicitur: *non enim dixit Dominus in mortem meam baptizate, sed perfecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S.* ubi prohibetur conferri baptismus in mortem Domini, quia Dominus dixit docete omnes gentes & igitur iuxta scopum canonis haec verba baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus S. continent formam à Christo praescriptam, & proinde sine expressa inuocatione trium diuinarum personarum, quae continetur in illa forma, baptismus non confertur valide.

48.  
2. Prob. ex Concil. Florent.

Probatur 2. ex Concil. Flor. tradente formam baptismi esse hanc, *ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S.* vel secundum Graecos, baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris & Filij & Spiritus S. & quo loco tribus modis recensens formam baptismi semper in ea ponit expressam inuocationem trium personarum; unde Concil. aperte sentit hanc inuocationem esse de necessitate formae.

Confir. si haec expressa omnium personarum inuocatio non fuisset de necessitate; immò illud ipsum indicasset, non minùs quam indicauit non esse necessariam expressionem personae ministri, sed sufficere expressionem actus baptizandi, praesertim cum non ignorauerit aliquos aliter sensisse; & in his Nicolaum 1.

Prob. 3. ex Decret.

Probatur 3. ex decretis Pontificum quae refert Gratianus de consecratione dist. 4. Can. *si reuera*, Pelagius Pontifex ita scribit Gaudentio Episcopo: *si reuera hi de hereticis qui in locis tunc dilectissimi vicinis commorari dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan consenserunt; sine cuiusquam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem venientes, in sanctae Trinitatis nomine baptizabis.* Can.

Can. Multis.

multis, idem Pontifex negat baptismum collatum in nomine Christi valere, docetque esse necessarium conferri in nomine Trinitatis: quia loquendi forma satis constat eum intelligere inuocationem trium personarum, ut patet ex textu; ex quo patet falsam esse responsionem Caietani dicentis, Pontificem non improbare baptismum collatum in nomine Christi, sed collatum in nomine Domini. Can. in Synodo, Zacharias Pontifex approbet decretum Synodi Anglorum, quòd scilicet qui sine inuocatione Trinitatis immersus fuisset, Sacramentum regenerationis non haberet, docetque aliquem Christianum non esse, nisi in nomine Patris & Filij & Spiritus S. fuerit baptizatus: ita ut non sit verum baptismum si vel vna de Trinitate persona non nominetur.

Can. Hi vero haereticos.

Can. *hi vero haereticos*, Gregorius Pontifex docet haereticos qui in nomine Trinitatis minime baptizantur, cum redeunt ad Ecclesiam baptizari debere.

50.

Circa quae decreta aduerte, quòd cum in illis tradatur doctrina pertinet ad formam Sacramentorum, ea debeat esse vera & certa pro tota Ecclesia, & pro quolibet tempore; nec possint explicari quòd intelligantur de certo loco & tempore, nam quamuis sint edita occasione alicuius erroris vel facti, vel statuti particularis; ad hos tamen particulares casus minime debent restringi, sed debent censerì tanquam regulae necessariae in administratione baptismi, etiam illa constitutio particularis Concilij Anglorum, quam approbando Zacharias proponit toti Ecclesiae: quod aliqui non per-

pendentes minùs consideratè dixerunt Pontificem id non statuisse & decreuisse pro tota Ecclesia, sed solum particularibus respondisse.

Probatur 4. ex Patribus, Clemente Romano, Cypriano, August. citatis circa art. 5. quibus adde pp. Iulianum lib. 2. de Ecclesiasticis officiis cap. 24. in Clem. medio dicentem: *proinde si omnia quilibet Trinitatis persona baptismum detur, manifestè in regenerationis aqua nihil agitur nisi tota Trinitas inuocetur.* Plures videri possunt apud Suarez disp. 21. sect. 3.

Aduerte omissionem particulae, & non vitare formam, si sensus catholicus retineatur, non verò denotetur vnitas personae, iuxta haeresim Sabellij. esset tamen leue peccatù illam particulam deliberatè praetermittere, non vitare etiam omissionem particulae, *sancti*, quia ea non obstante in forma esset nomen proprium tertiae personae.

Ex dictis patet aliquas formas esse minùs legittimas, eò quòd in eis non inuocentur tres personae, vel si inuocentur, id non satis expressè fiat, ut si dicatur: *ego te baptizo in nomine Christi*, vel *in nomine Iesu Christi*, de qua forma potissimum agunt auctores prioris sententiae. Idem iudicandum de ea forma, *ego te baptizo in nomine Domini*; similiter si dicatur *ego te baptizo in nomine Trinitatis*; eò quòd nomen, *Trinitas*, non satis expressè significet tres personas diuinas secundum suas condiciones personales. Quamuis enim Christiani audito nomine Trinitatis soleant concipere Patrem & Filium & Spiritum S. id tamen non oritur ex vi significationis nominis, quod ex hominum instituto id significet, & hunc conceptum ex vi suae significationis ingeneret, sed ex eo quòd imbuti fide huius mysterij, audito eo nomine aliqui facile moueantur ad concipiendum mysterium sicuti est de facto, id est, ad concipiendum Patrem & Filium & Spiritum S. De cetero illud nomen ex se solum ingenerat conceptum quòd tres in Deo sint personae, quaecumque demum ea sint, & cuiuscumque respectu sui inuicem sint conditionis, hoc est siue vna ab alia procedat, siue non, siue referantur ad se inuicem, siue non, propter quam causam non valet baptismus collatus sub hac forma, *ego te baptizo in nomine primae & secundae & tertiae personae*. Quamuis enim prima persona in Trinitate reipsa sit Pater, & secunda sit Filius, tertia Spiritus S. haec tamen nomina primae, secundae, tertiae, non representant diuinas personas secundum suas personales proprietates. Idem sit iudicium de varijs formis quae possunt facile excogitari, quae censendae sunt omnino illegitimae, si non sufficeret exprimant tres diuinas personas secundum suas proprietates personales, quas singulae fortiuntur & ab inuicem distinguuntur.

Ad Nicolaum Pontificem pro priori sententia relatum varijs variè respondent. 1. D. Th. art. 6. ad 3. iunctis solutionibus ad 1. & 2. censet eum solum velle tempore Apostolorum ex dispensatione licuisse baptizare in nomine Christi: quae responsio videtur minùs commoda, cum Pontifex aperte agat de baptismo suo tempore collato, de quo quaestio illi fuit proposita, ut patet ex canone *de quodam* in d. 20. citato.

2. Alij censent Pontificem solum velle talem baptismum non esse absolurè repetendum, non verò negare quin possit sub cõditione repeti. Sed neque haec solutio satisfacit, cum ex ipso canone constet Pontificem censere eodè modo non esse repetendum baptismum collatum in nomine Christi, quomodo repetendus non est collatus in nomine sanctae Trinitatis, per consuetam trium personarum diuinarum inuocationem.



tionem, quem constat nullo modo posse repeti etiã sub conditione. de quo nullo modo dubitare potuit Pontifex, cum sit res in Ecclesia manifesta.

Confr. quia censet ita collatum ab Apostolis; non potest autem censere baptismum ab Apostolis collatum debuisse etiam sub conditione repeti, neque potest censere Apostolos grauissimum commisisse sacrilegium utendo forma dubia in baptismi collatione.

3. Alij respondent illum in sua resolutione per baptismum collatum in nomine Christi intelligere eum in quo sit professio totius Trinitatis, scilicet Patris & Filij & Spiritus S. quæ responsio etiam non satisfacit, quia si auctores velint Pontificem censere in illa forma ego te baptizo in nomine Christi fieri implicitam professionem Trinitatis, & ideo prædictam formam esse legitimam, contra faciunt omnia quæ in probationem conclusionis protulimus, quibus sufficienter ostensum est implicitam Trinitatis professionem non sufficere ad valorem formæ baptismi: si autem velint Pontificem per hanc formam intelligere eam in qua expressè tres diuine personæ inuocantur, manifestè ex ipso textu refutantur, ubi Pontifex has duas formas baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus S. & baptizo te in nomine Christi ponit tanquam distinctas, quarum utramque censet esse legitimam.

Confr. 1. censet baptismum collatum tantum in nomine Christi esse validum, ubi per particulam tantum, excludit priorem modum formæ a se positum, seu censet baptismum non solum esse legitimum si ministratur sub forma communi, sed etiam si conferatur solum in nomine Christi.

Confr. 2. quia censet baptismum collatum in nomine Christi esse validum, eo quod existimet baptismum fuisse ita collatum ab Apostolis, quos putat in forma baptismi solum usurpasse nomē Christi, prout varij censet colligi ex Actibus Apostolorum cap. 2. 8. & 19.

Nec facit pro prædicta expositione, quod dicat: *Hic profectus si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt, unum quippe idemque est, uti. S. exponit Ambrosius &c.* quia per posteriora verba non vult dicere per vtrumque modum a se positum se intelligere eandem expressam trium personarum diuinarum inuocationem, sed baptismum collatum etiam sub hac forma baptizo te in nomine Christi esse validum, quia hæc forma aliquo modo æquiualeat præcedenti, non quidem sono verborum vel expresso eorū significato, sed implicitè, quia qui dicit Christum, implicitè etiam dicit Patrem à quo Christus vnctus est, & Spiritum quo vnctus est. omittis ergo his responsionibus tanquam minùs conformibus textui.

Respondet Nicolau in ea fuisse sententia quod baptismus etiam collatus tantum in nomine Christi, sit legitimus, per motum autoritate Ambrosij quem citat. Dico tamen eum tanquam priuatum Doctorem ita sensisse & suam sententiam responsio inferuisse, præter id quod petebatur, necesse autem non est vt omne id quod à Pontificibus infertur in decretis non pertinet ad rem de qua confutatur, & quod non se habet vt ratio fundamentalis, sit verum, vel etiam probabile. Id autè ita se habere in præsentia patet, eo quod solum quæsitum esset à Bulgaris num baptismus à Iudæo etiam pagano collatus esset validus; ad quod tanquā Pontifex responderet affirmatiuè, adiiciens validum esse etiam collatum tantum in nomine Christi, quod ex

priuata sententia adiecit sequens Ambrosium.

Dices non potuit ignorare anteriores Pontifices contrarium decreuisse.

Resp. neg. assumptum. quidni enim potuerit suorum prædecessorum definitionem ignorare, & de cætero secutus S. Ambrosij autoritatem in eam sententiam induci? ubi

Aduerte propter huiusmodi materialem errorem non posse dici quod Pontifex etiam vt persona particularis in hæresim inciderit; quia, vt alia omittam, non potest dici in eo errore fuisse pernax, quod ad hæresim requiritur.

Ad Patres dico aliquos conari eos explicare, & censere Ambrosium non agere de forma baptismi, sed solum intendere demonstrare quod vbiunque aliqua operatio diuina in scripturis alicui personæ seorsim tribuitur, non excludantur reliquæ, sed potius debeant subintelligi, quod etiã conatur ostendere ex his locis ubi fit mentio baptismatis sub vnus personæ nomine, præsupponens eos, qui leguntur baptizati, baptizatos fuisse in nomine Patris & Filij & Spiritus S. Sed quamuis fatèdum sit eum esse scopum Ambrosij, & quidem vt ostendat non propterea Spiritum S. non esse Deum, quod interdum in scriptura aliquid tribuitur Patri vel Filio nullà factà Spiritus S. mentione, nihilominus videtur conformius textui quod Ambrosius velit baptismum collatum in nomine Christi esse validum, eo quod in tali forma cæteræ personæ tacitè intelligantur, & ita censetur in Trinitate collatus.

Vnde dico Ambrosium & Bedam in illa esse sententia: quæ tamen minùs est probabilis, neque suffragatur discursus beati Ambrosij, quia ad formam baptismi non sufficit quod ex nomine vnus personæ cæteræ facillè concipiantur, vt dictum est. Idem dico ad autoritatem beati Bernardi, qui etiam ulterius progreditur vt censet valere baptismum, si quis dicat baptizo te in nomine Dei & sanctæ & veræ crucis, quod nullo modo probari potest, aperteque repugnat autoritatibus summorum Pontificum & aliorum, quibus nixi saluà S. Bernardi & aliorum reuerentiã, ab eorum sententia recedimus.

D V B I V M V.

*Vtrum hæc inuocatio Trinitatis in forma baptismi exprimi debeat consuetis nominibus, Patris & Filij & Spiritus sancti.*

CAIET. hic art. 3. negat, censetq; baptismum collatum in nomine genitoris, geniti & procedentis ab utraque esse validum; quem sequitur Victoria num. 14. de baptismo, & alij.

Doctores communius contrarium tenent cum D. Th. art. 5. responsione ad 7. ubi non tantum vult contraveniri præcepto, sed absolute negat valere baptismum collatum in nomine genitoris &c.

Resp. & dico probabilius videri ad substantiam formæ baptismi requiri, vt illa proferatur consuetis nominibus Patris & Filij & Spiritus S.

Probatur; ex dictis constat formam quæ sub illis nominibus confertur esse legitimam; igitur vt alia sit legitima, debet illi æquiualeare quoad formalem sensum vocum; forma autè illa Caiet. nõ æquiualeat. Sequela maioris patet: vt in Sacramentis aliqua forma censetur esse legitima, debet sensu & significato respondere formæ communiter in Ecclesia

Replicat soluitur.

55.

56.

Resp. ad pp.

Videntur esse contrarij.

57.

Negat Caiet. Victoria.

Auctor affirmat cum communiori sententia.



clesia recepta: minor verò probatur: non est idem formale significatum illorum vocum *genitor*, *genitus*, & *procedens*, & illarum *Pater*, *Filius*, & *Spiritus S.* nam posteriores representant nobis personas diuinas per modum subsistentium, & sub modo quo constituuntur in esse personali, precedentes verò per modum actiui & passivi ex quo.

58.

Concludo quòd, vt baptismus conferatur, nomina personarum debeant exprimi in vnaquaque lingua per vocabula quae significant earum proprietates relatiuas, quibus censentur constitui, & sub quibus communiter concipiuntur & creduntur à fidelibus. Cuius cògruentia videtur esse quòd baptismus sit Sacramentum fidei, & externa fidei professio. quam ob causam in eius forma primariū fidei obiectū exprimitur, scilicet vnitas diuine essentiae cum personarum Trinitate: fuit autem conueniens hanc professionē fieri eo modo quo còmuniter Trinitas personarum concipitur & creditur: fideles autem communiter concipiunt tres diuinas personas sub nominibus significantibus proprietates earum relatiuas.

59.

Satisfit  
Caict.

Nec argumenta Caietani videntur magni momenti, vt i. quòd *Pater* & *genitor* ex accommodatione vsus æquiualeant. Respondetur enim non æquiualeare in modo significandi & vsu communi, quo diuinae personae passim proponuntur credendae, quamuis viri docti vno vel altero audito idem concipiant.

Explicatur  
Ambros.

2. Ex Ambrosio lib. 1. de Spiritu S. cap. 3. existimante baptismum esse validum, si loco *Fili* ponatur *Christi*; & loco *Patri* ponatur *eius à quo vnctus est Christus*; & loco *Spiritus S.* eius quo vnctus est Christus. Ad quod dico Ambrosium solum velle baptismum collatum in nomine Christi esse validum propter Scripturam in actibus Apostolorum: non autem velle, sufficere pro forma omnia nomina quibus Trinitas personarum impliciter significatur.

Explicatur  
Florent.

3. Quòd Flor. censet ad baptismi substantiam sufficere inuocationem Trinitatis, non limitando ad haec nomina *Patri* & *Fili* & *Spiritus S.* Ad quod dico satis patere per inuocationem sanctae Trinitatis Concilium intelligere inuocationem trium personarum, quarum nomina in praecedentibus aliquoties in forma baptismi posuerat; ergo illis verbis cum sanctae Trinitatis inuocatione perficitur Sacramentum; non vult hanc formam, ego te baptizo in nomine Trinitatis, esse legitimam, sed breuiter repetere baptismum collatum more Graecorum in nomine *Patri* & *Fili* & *Spiritus S.* esse validum, quia scopus Concilij erat docere formam Graecorum esse validam.

60.

Quidquid sit de probabilitate speculatiua harum & similium rationum, baptismus absque graui sacrilegio non videtur posse conferri sub forma à Caietano relata; cum repugnet communis Doctorum, quorum auctoritas in materia & forma Sacramentorum est maximi momenti, utpote in re non tam pendente ex ratione, quam ex aeternis institutione, quae institutio à posteriori optime potest innotescere ex communi Doctorum iudicio: unde si quis ita esset baptizatus, deberet saltem sub conditione rebaptizari.

Quaestio.

Resp.

Idem sit iudicium de varijs formis quas admittit Caietanus, quae passim habentur illegitimae.

Petes an haec forma sit legitima, Baptizo te in nomine paternitatis filiationis & processionis?

Resp. non esse, quia haec nomina non repraesentant nobis diuinas personas, sed solum diuinas re-

lationes secundum se spectatas & suo modo abstracte consideratas, siue natura diuina sit de essentia relationum, siue non.

## DV B I V M VI.

Virum in forma baptismi debeat exprimi particula, in nomine?

61.

Responsum affirmatiue: est communis Doctorum. Probatur 1. ex Patribus. Ambrosio lib. 2. de Sacramentis cap. 7. In vno autem nomine baptizari nos iussit, hoc est in nomine *Patri* & *Fili* & *Spiritus S.* Noli mirari quia dixi vnum nomen, vbi est vna substantia, vna diuinitas vna maiestas. Hieron. cap. 4. ad Ephel. circa illa verba, vnus Dominus &c. non baptizantur in nominibus *Patri* & *Fili* & *Spiritus S.* sed in vno nomine quod intelligitur Deus. Aug. lib. 3. contra Maximinum cap. 22. In nomine, non in nominibus, hi enim tres vnus sunt, & hi tres vnus est Deus.

Prob. 2.

2. Haec particula perpetuo Ecclesiae vsu posita est in forma, habetque distinctam significationē à vocibus exprimentibus diuinas personas; igitur ad valorem baptismi est necessaria. nam quod Ecclesia usurpat in formis Sacramentorum tanquam habes omnino distinctam significationē, videtur requiri ad formae substantiam.

Confir. 1. haec particula ponitur Matth. ult. vbi iuxta sensum Ecclesiae traditur sensibilis forma baptismi.

Confir. 2. in hoc Sacramento fit sensibilis professio primarij fidei obiecti, ad quod pertinent vnitates naturae, virtutis, & maiestatis diuinae, quae optime declaratur per particulam *in nomine*; per quam declaratur causa principalis nostrae iustificationis, videlicet natura diuina, quam in forma huius Sacramenti declarari tradit Flor. igitur haec particula omnino pertinet ad substantiam formae baptismi, ita vt sine illa baptismus non subsistat.

62.

Ex quo patet non subsistere baptismum sub hac forma collatum, baptizo te in *Patre*, *Filio*, & *Spiritu S.* cum per illam formam non exprimitur illa natura, virtutis, & maiestatis vnitas.

Corollarium

Patet etiam non subsistere si dicatur: baptizo in nominibus *Patri* & *Fili* & *Spiritus S.* quia particula, *in nominibus*, vel solum designat pluralitatem proprietatum personalium, & plures esse diuinas personas, vel refertur ad naturam & maiestatem. si priori modo sumatur, non inuocatur vna diuinitas, nec fit sensibilis eius professio: si sumatur posteriori modo, significatur esse plures diuinas naturas, diuiditurque maiestas & virtus, & proinde forma vtrovis modo sumatur particula, *in nominibus*, est falsa.

Non valet bapt. collatus in nominibus &amp;c.

Nec obstat quòd baptismus sub hac forma conferri possit: baptizo te in nomine *Patri*, & in nomine *Fili*, & in nomine *Spiritus S.* quia illa repetitio particulae, *in nomine*, non significat idem quod in nominibus: unde non diuiditur natura, maiestas, & virtus diuina; nam constat particulam posse repeti absque multiplicatione & diuisione, & significata, vt cum dicitur, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus S. non significatur esse tres Deos, & significatum nominis Deus multiplicari, sed singulas personas habere diuinitatem, scilicet vnam eandemque. Sic ergo quando dicitur: baptizo te in nomine *Patri* & in nomine *Fili* & c. non denotatur plures naturae diuinae, sed diuinitatem &c. competere Patri, eandem competere Filio &c.

Occurrit obiectum.

63.

Notandum quòd quia particula *in nomine* in forma baptismi



baptismi denotat unitatē diuinę naturę maiestatis & virtutis, quę non potest facillē per aliam vocem designari, non possit facillē saluā Sacramenti substantiā alia vox substitui, & Sacramentum vt minimum reddi dubium, si substituitur: v. g. si dicatur baptizo te in maiestate. Vasquez tamen disp. 143. cap. 5. §. neque, censet hanc formam, baptizo te in vnum Deum Patrem & Filium & Spiritum S. esse legitimam, eo quod sufficienter æquiualeat formę communi, cum per eam denotentur tres personę diuinę in vna essentia tanquam causa principali effectus Sacramenti. Idem censet de hac propositione, baptizo te in Deo Patre & Filio & Spiritu S. quia præpositio, in, saepe idem valet quod per, sed, vt verum fatear, hæc sunt satis dubia.

## DVBIUM VII.

*Utrum ex diuina dispensatione baptismus aliquando fuerit collatus solum in nomine Christi.*

PRÆCEDENTIBUS dubijs ostendimus citra dispensationem baptismum non posse aliter conferri, quam sub expressa inuocatione trium diuinarum personarum: hic quaeritur num aliquando ex dispensatione aliter collatus fuerit, v. g. dicendo, ego te baptizo in nomine Christi, vel in nomine Iesu Christi.

Præter eos qui censent baptismum ita collatum esse validum, etiam post tempora Apostolorum, de quibus dubio 4. aliqui asserunt tempore Apostolorum ita validē collatum fuisse. D. Thom. art. 6. ad 1. Bonau. Durand. Pal. Ric. locis citatis dubio 4. Viç. num. 15. de baptismo.

Alij cēsent nunquam fuisse validē collatum sub tali forma, sed semper necessarium fuisse in forma exprimere tres diuinas personas: ita communius recentiores; quę sententia videtur probabilior.

Dico verius videri quod Apostoli nunquam baptizauerint in solo Christi nomine, sed vsi fuerint forma communiter in Ecclesia recepta.

Probat. 1. Christus Dominus Matth. vlt. instituit formam baptismi sub expressa & distincta inuocatione trium diuinarum personarum, nec tantum instituit pro futuris temporibus, sed etiam Apostolis præcepit vt sub ea forma baptizarent, vt patet ex cap. citato; ergo verius est Apostolos nunquam aliter baptizasse, quia non est verisimile Christum Dominum tam citō dispensasse in lege sollemniter lata, cum nihil magnopere virgeret.

Confr. 1. de tali dispensatione non sufficienter constat, vt ex dicendis patebit.

Confr. 2. ipsimet Apostoli nunquam videntur huiusmodi dispensationem & facultatem aliter baptizandi agnouisse, quia cum S. Paulus venisset Ephesus (Actum 19.) & inuenisset quosdam discipulos, dixit ad eos: Si spiritum S. accepistis credentes? illi dixerunt ad eum, sed neque si Spiritus S. est audimus: ille verō: in quo ergo baptizati estis? vbi videtur omnino supponere expressionem Spiritus S. fuisse necessariam ad formam baptismi. nam particula, in quo, non potest aliud commodē denotare quam formam baptismi requirere expressam inuocationem Spiritus S. Alioquin Apostolus min⁹ apte videretur quaerere, in quo essent baptizati hi quibuscum agebat; quia licet baptismus deberet

conferri in virtute & autoritate Spiritus S. si tamen illud ipsum non debuisset in forma exprimi, baptizatus Christi baptismo potuisset Spiritum S. ignorare. Verius ergo est Apostolum hæc loquendi forma voluisse insinuare inuocationem expressam Spiritus S. etiam suo tempore in forma baptismi fuisse necessariam: atqui Apostoli non existimant solius Spiritus S. inuocationem sufficere; ergo voluit Paulus requiri plurium personarum inuocationem, non autem tantum duarum, cum in Ecclesia sit inauditum baptismum collatum fuisse in inuocatione tantum duarum personarum. breui ergo illa interrogatione voluit Apostolus insinuare ad baptismum Christi requiritur trium personarum diuinarum, expressam inuocationem, iuxta præscriptum Christi Matth. vlt.

2. Quia canone 49. Apostolorum vbi dicitur non esse legitimum baptismum collatum in mortem Domini, subditur, non enim dixit Dominus in mortem meam baptizantes, sed perfecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S. igitur Apostoli non videntur agnouisse potestatem baptizandi, aliam quam in trium personarum inuocatione, cum posteriorem formam ita opponant priori, vt insinuent opponi adæquatē, & illam solam esse legitimam.

Nec satis facit si quis dicat illam solam opponere, quia referunt formam communiorē, & quam solam Christus omnibus proposuit. si enim tempore Apostolorum alia fuisset legitima, ea in qua trium personarum sit mentio non debuisset sola priori opponi.

Probat. 3. ex Patribus. Cyr. epist. 73. ad Iubaianum post medium, agente de loco Actorum

2. vbi dicit, Iesu Christi mentionem facit Petrus, quasi Pater omittetur, sed vt Patri Filius adiungatur, indicans quod Apostoli non baptizarent sub hac forma, ego te baptizo in nomine Iesu Christi. Basil.

lib. de Spiritu S. cap. 12. explicante illud ad Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis. Neminem offendere debet illud Apostoli quod nomen Patris, & Spiritus S. mentionem in baptismatis commemoratione frequenter omittit, neque ideo putet harum vocum sensum esse indifferentem; qua loquendi forma insinuat etiam ipsos Apostolos baptizasse sub expressa trium diuinarum personarum inuocatione. nam aliās potuisset planius respondere, ideo Apostolum non fecisse mentionē Patris & Spiritus S. quod tempore Apostolorum baptismus ex peculiari priuilegio in solo nomine Christi conferri posset. Damasc. lib.

4. de fide cap. 10. Qui in sanctam Trinitatem minime baptizati sunt, hi denno baptizentur necesse est; etsi enim Apostolus dicitur, in Christum, & in mortem ipsius baptizati sumus, non tamen hoc vult baptismi formulam his verbis constare debere, verum hoc denum baptismum mortis Christi figuram præferre; quibus verbis aperte indicat etiam tempore Apostolorum baptismum conferri debuisse sub consueta & communi forma. nam si existimasset Apostolos aliter ex dispensatione baptizasse, commodē dictum Apostoli a se citatum in alium sensum explicuisset.

His adde Augustinum, qui de fide & operibus cap. 9. dicit, in eo quod Lucas de Eunuchio scripsit, baptizant eum Philippus, intelligere voluit ea omnia quę licet taceantur gratiā benedicti, tamen serie traditionis scimus implenda. nam cum perpetuus Ecclesię vltus confirmet baptismum sub expressa inuocatione trium diuinarum personarum conferri solere, ex hac Augustini regula licet colligere Aposto-

66.

Prob. 2.  
Can. Apost.Obiectio  
occurrit.Prob. 3.  
Cyprian.

Basil.

Damasc.

August.



68.

Resp. ad lo-  
ca Act. 2. 8.  
10. 19.

os sub eadem contulisse, quamvis breuitatis causa id in Actibus Apostolorum non scribatur.

Ex his facile patet responso ad ea quæ ex Actibus Apostolorum obijciuntur, quod scilicet Apostoli baptizarent in nomine Christi; cap. 2. baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi; cap. 8. baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu; cap. 10. tunc iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi; cap. 19. his auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

Confir. 1. quia conueniebat nomen Christi Iudæis odiosum & gentibus, reddi honorabile per hoc quod in eius inuocatione Spiritus S. daretur in baptismo, præsertim cum in illo nomine sanctissima Trinitas implicite inuocaretur.

Confir. 2. mysterium Trinitatis est ita arduum ut illis initijs non facile explicite crederetur: fuit ergo conueniens dispensari, ut saltem pro forma baptismi sufficeret implicita Trinitatis inuocatio, dicendo Baptizo te in nomine Christi; ad quæ

Varia eorū  
locorū in-  
terpretatio.

Apostolos aliquando prædicta forma vfos. nam possunt intelligi 1. quod Apostoli baptizauerint baptismum à Christo instituto, & quod S. Lucas toties mentionem fecerit baptismi Christi, vt indicaret eos de quibus agit non fuisse baptizatos baptismum Ioannis, qui fuerat hætenus celebris, sed alio efficaci ad remittenda peccata. 2. dici potest quod baptizauerint in fidem Iesu Christi. 3. potest intelligi quod baptizauerint in nomine Christi, non quidem illo expresso, sed quia auctoritate à Christo accepta baptizauerunt. 4. varijs probabiliter existimant quod in forma baptismi Apostoli hæc verba adiecerint, Christi Iesu, hoc vel simili modo, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S. quod erat congruum & sufficiens ad illud nomen celebrandum, & ad propagandam fidem Incarnationis Filij Dei, non verò illis verbis baptizo in nomine Christi. quod confir. ex Cypriano loco citato, qui post sententiam à nobis relata, addit, denique vbi cumque post resurrectionem à Domino Apostoli ad gentes mitterentur, in nomine Patris & Filij & Spiritus S. baptizare gentes iubentur: quomodo ergo quidam dicunt baptismum in nomine Iesu Christi remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizare iubet in plena & adunata Trinitate.

69.

Cyprian.

Ad priorem confirmationem patet responso ex dictis, quod scilicet vt nomen Christi redderetur celebre sufficeret in baptismo addere illam particulam, Iesu Christi; non verò fuerit necesse negligi nomina aliarum personarum: neq; id quod in eadem confirmatione additur de implicita inuocatione Trinitatis, quæ in illo nomine inuoluitur, vt ergo vt dicamus dispensatum fuisse, vt in eo conferretur baptismus; quia Actorum 8. & 19. dicitur aliquos baptizatos in nomine Domini Iesu, quod nomen solum dicit saluatorem, nec implicitè continet Trinitatem, neque in eo solo baptismus videtur vnquam collatus. cum ergo Scriptura eodem modo loquatur de baptismo in nomine Iesu, & in nomine Iesu Christi, non est quod asseratur collatus in nomine Christi.

Ad secundam confirmationem resp. ex Scriptura satis constare Apostolos iussos fuisse mysterium Trinitatis gentibus predicare, constare etiam ex communis sententia quod antequam adultus baptismi Sacramentum recipiat, debeat de hoc mysterio instrui, atque adeo Apostoli instruxerint de hoc mysterio eos quos baptizauerunt; si ergo su-

blimitas mysterij non effecerit, vt in illis initijs gentes non debuerint edoceri de hoc mysterio, non effecit vt expressa eius professio in forma baptismi omitteretur. Confir. Apostoli vel aliquando solum vsi sunt forma illa extraordinaria, vel semper; posterius non videtur commodè dici, si prius dicatur, habemus quod sublimitas mysterij Trinitatis non obstitit, quo minus baptismus illis initijs conferretur sub expressa inuocatione trium diuinarum personarum, & proinde ex eo capite non fuisse conuenienter dispensatum, vt pro forma sufficeret implicita inuocatio Trinitatis. ex quo sequitur verius esse baptismum semper fuisse collatum sub explicita inuocatione trium personarum diuinarum.

## D V B I V M VIII.

## De varijs modis mutationum quibus baptismus potest vitari, vel non vitari.

Q VAMVIS quæ attingemus, ex his quæ præcedentibus dubijs dicta sunt, possint colligi tamen pro praxi particularius aliquas formas referemus, quibus valide potest conferri baptismus, vel eius substantia vitari, recedendo ab vtitata forma, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus S. vbi obiter

Notandum, quod omnis mutatio voluntarie facta sit peccatum, graue vel leue pro qualitate rei, & iuxta prudentis iudicium, etiam si Sacramentum de cætero subsistat; & multò certius est esse peccatum & quidem graue, si Sacramentum ratione mutationis reddatur irritum, vel dubium, hoc prænotato

Cum ad substantiam baptismi requiratur vt exprimitur actus baptizandi, constat non fore baptismum, si quis asperges aqua dicat, in nomine Patris & c. omittis etiam inuoluntarie illis verbis, ego te baptizo.

Cum non requiratur vt exprimitur persona ministri sufficit dicere baptizans, baptizetur talis seruus Christi, baptizet te Christus, baptizat te Christus; si tamen Latinus vtatur forma Græcorum, peccat, & quidem mortaliter, quamvis baptizet secretò & sine scandalo, quod est contra Sorum dist. 3. quæst. vni. ca art. 5. §. de culpa, quia repugnat consuetudini grauiter obliganti. Peccat etiam Latinus omitteus particulam ego, sed solum venialiter, vt communis Doctores. Valet baptismus si dicat, nos te baptizamus, vtens plurali maiestatis causâ; si tali forma vtatur ad designandum quod plures baptizent, aliqui dicunt baptismum non subsistere, quod infra examinabitur.

Quia ad veritatem Sacramenti sufficit vocabulum æquiualeus, passim dicitur valere baptismum si dicatur ego te abluo, lavo, tingo, quia Idem valent quod baptizo, & Patres sæpe vtuntur verbo tingo loco baptizo. Idem censent varij de his verbis te aqua infundo, aspergo. Sotus suprà §. at verò. Can. delabrum aureum de baptismo quæst. 25. Item, mergo, ijdem. quia ex accommodatione vsus idem valet quod abluo, quando ponitur in forma baptismi, sed illa vox videtur Sacramentum reddere dubium: sicut & illa phrasia, in ijs in aquas mitto, de qua Sotus ibidem dubitat. quia potest quis mergi ad suffocandum, atque ita illa vox non videtur sufficere æquiualeus verbo baptizo: multò certius est non baptizare eum qui dicit mundo te ab ori-

70.

Mutatio voluntaria est peccatum &amp; quidem mortale, si Sacramentum irritum vel dubium.

Latinus vtens forma Græcorum peccat mortaliter.

71.

PP. ratiōne sapientie, singo, pro baptiza.

Non baptizat qui dicit mundo te ab originali



quæ quia verbum *mundo* non sufficienter significat lotionem, nec sufficienter denotat munditiam conferri animæ, ablundo.

Adverte quocumque idiomate conferatur baptismus, valere si vis verbi, *baptizo*, in eo retineatur; & consultius facient illiterati si formam in suo idiomate proferant, quamvis sit consilium retinere vocem *baptizo*: quam etiam retinet Ecclesia Latina.

Quia in eadem forma requiritur expressio suscipientis, constat futurum irritum baptismum si in forma non dicatur *te*, vel æquivalens, quo sufficienter denotetur suscipiens; quod si denotetur, valet baptismus, licet non efferatur per pronomen *te*, v.g. validè conferitur sub hac forma: ego baptizo maiestatem vestram, vos item Petrum, talem formam Christi.

Eò quod requiratur expressio trium personarum divinarum non subsistit baptismus, si quis dicat: baptizo te in nomine Trinitatis, in nomine Dei, in nomine Christi, in nomine Domini Iesu, & in nomine Patris &c.

Quia verius est debere efferri nominibus consensens, baptismus redditur dubius si dicatur baptizo te in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab utroque est etiam irritus vel saltem dubius, si dicatur baptizo te in nomine Patris & Christi & Spiritus S.

quod tamen Sotus art. citato §. neque verò quinquagesimus, sequens Caietanum, existimat esse verum. sed ex dictis patet esse saltem dubium; quod ex ipso Soto colligi potest, cum art. 6. doceat baptismum collatum in nomine Christi esse nullum, & articulus, in fine censet sub conditione iterandum collatum in nomine genitoris &c. vox autem Christi minis æqualeat voci *Fili* quam vox *geniti*.

Reddunt etiam Sacramentum ut minimum dubium hæc forma, baptizo te in nomine Patris, Verbi, & Spiritus S. item in agni, amoris, doni.

Valet etiam si dicatur: baptizo te in Patre & Filio & Spiritu S. nomine, quia idem sensus remanet. si similiter valet licet ordo personarum transmutetur, ut si dicatur baptizo te in nomine Spiritus S. & Filii & Patris. Angelus V. baptismus 2. numer. 24. Eius dist. 3. §. 6. cuius ratio minus placet, quod videlicet quocumque ordine nominatæ vnum sint efficiens principium in baptismo, & sub hac ratione nominentur, non inquam placet, quia diuinæ personæ in forma baptismi non solum nominantur ut conveniunt in vnum, sed prout secundum proprietates personales distinguuntur, & prout sunt tres personæ, cum in baptismo non solum fiat professio vnius Dei, sed etiam trium personarum, ut sunt ab invicem distinctæ. Ratio ergo videtur esse quod remaneat idem sensus quocumque ordine personæ nominentur, si eodem modo respiciant particulam *in nomine*. Valet etiam baptismus quamvis omitatur particula copulativa (&) si retineatur sensus catholicus, prout retineri solet, ut si dicatur: baptizo in nomine Patris Filii & Spiritus S.

Ex eo quod in baptismo fiat professio expressa vnius naturæ diuinæ, maiestatis, & authoritatis, cuius virtute confertur baptismus, sequitur particulam *in nomine*, in forma ponendam, immò si omitatur particula, in, v.g. dicatur baptizo te nomine Patris &c. non videtur valere baptismus, ut Angelus suprà num. 6. Sylu. verbo baptismus, 1. quæst. 11. Candelabrum de baptismo quæst. 26. Ratio est quod sensus formæ tollatur, nam baptizatio nomine Patris significat fungi nomine alterius,

non verò significat professionem & inuocationem diuinæ naturæ. Non valet etiam baptismus si dicatur baptizo te in virtute, saltem redditur dubius, ut Sotus suprà §. Unde ad argumentum in fine. Suarez disp. 11. sect. 3. §. ex qua conclusione in fine. quia particula, in virtute, non videtur adæquare significationem particulæ in nomine. multò minus videtur valere si dicatur baptizo te in Patre & Filio & Spiritu S. quia constat ad substantiam formæ pertinere expressionem vnius naturæ &c. significata per particulam, in nomine, ut tradunt Doctores, & colligitur ex Match. ultimo, & ex communi sensu. Confir. particula in nomine debet poni saltem in æquivalenti; particula autem in Patre &c. non æquivalet.

Non valet similiter si dicatur baptizo te in nomine Patris, per Filium, in Spiritu S. quod patet ex miraculo quod refert Nicephorus lib. 16. historiæ cap. 35. Confir. per illam phrasim non aptè designatur eadem natura, maiestas, & authoritas diuina in tribus personis, & forma sapit Arianismum.

Valet si dicatur baptizo te in nomine Patris &c. patet ex eo quod in græco habeatur in accusativo sic ut dicitur Match. ultimo, & quod idem sit sensus.

## ARTICVLVS VII.

## Virum immersio in aqua sit de necessitate baptismi?

NEGAT. vbi

Notandum quod dicit D. Thom. tutius esse baptizare per modum immersionis, non designare baptismum aliàs reddi dubium, sed quod illius tempore, quo baptismus communi vsu conferri solet immersione, ea non posset pro arbitrio baptizantis absque peccato negligi. unde quod addit baptismum conferri posse per modum asperisionis, vel infusionis, præcipue propter necessitatem, vel quia magna est multitudo baptizandum, vel propter raritatem aque, vel propter debilitatem ministri, vel propter debilitatem baptizandi &c. non eo sensu intelligit, quod extra hos & similes casus necessitatis baptismus redderetur dubius, sed solum quod peccatum committeretur, aliter quam per immersionem baptismum conferendo, scilicet tempore sancti Thomæ, quo modus communis baptizandi erat per immersionem. iam enim nullum peccatum committit qui iuxta morem regionis infusione baptizat.

Conclusio D. Th. est communis Doctorum, quæ probatur: ablutio non tantum fieri potest immersione, sed etiam infusione & asperisione; ergo omnibus illis modis baptismus potest conferri. Confir. ex cap. 2. Actorum vbi leguntur vno die ter mille baptizati, quos non est verisimile saltem omnes tantillo tempore fuisse baptizatos per immersionem. Confir. etiā ex Cypri. epist. 76. §. quæsimisti docente illos modos sufficere ut baptismus sit validus. Eadē veritas probatur ex vsu Ecclesiæ, quæ ægtos asperisione vel infusione baptizat, immò iam vsu receptum est ut paruuli baptizentur infusione.

Nec obstat quod per baptismum configuremur sepulture Christi, quia quacumque ablutione possumus dici cum illo mori, sepeliri, resurgere, cum per quacumque ablutionē peccata in baptismo extinguantur, & resurgamus in nouitate vite.

ARTICV-

Dubius si dicat: baptizo te in virtute.

Valet: baptizo te in nomine Patris &c.

Resp. neg.

Tempore D. Th. conferebatur immersio.

Prob. conclusio.

Act. 2.

Cyprian.

In quantia diluitur.



## ARTICVLVS VIII.

## Vtrum trina immersio sit de necessitate baptismi?

75. **Q**UAMVIS hic articulus videatur ex præcedenti resolutus, eum tamen peculiariter proponit, propter quædam testimonia quæ contrarium suadere videntur: nam trinam immersionem requiri

Suadetur affirm. **Cap. si quis.** Probari potest, ex canone 49. Apostolorum, & refertur canone si quis, de consecratione dist. 4.

Cap. multi.

vbi dicitur: Si quis Episcopus, vel presbyter in una immersione non tres immersiones, sed unam duntaxat, quæ in mortem Domini detor peregerit, depomitor. 2. ex can. multi. eadem dist. vbi Pelagius Pontifex Gauden-  
Ex Patri-  
bus.  
Leon.  
Basil.  
Hieron.  
August.  
Theodoret.

tio Episcopo ita rescribit: Multi sunt qui in nomine solummodo Christi una etiam mersione sese afferunt baptizari; Evangelicum verò præceptum ipso Deo & Domino Salvatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum baptismum unicuique tribuere. Leo epist. 4. ad Episcopos Sicilia cap. 4. docet, in baptismatis regula & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio.  
3. Ex Patribus Basil. de Spiritu S. cap. 15. post medium; tribus igitur demersionibus ac totidem inuocationibus magnum baptismatis mysterium peragitur. Hier. dialogo aduersus Luciferianos longè ante medium, nam & multa alia quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, nec re-  
August.  
Theodoret.

quod hæc verba referantur in persona Luciferiani, quia vt patet ex sequentibus Hiero. hanc sententiam non reijcit. August. vt refertur can. postquam vos, dist. citata; postquam vos credere promissistis, tertio capite vestra in sacro fonte demersimus. Theodoret. lib. 4. hæreticarum fabularum cap. de Eunomio: ipse quoque subuerit sancti baptismi ritum à Domino & Apostolis ab initio traditum. quia scilicet Eunomius trina mersione non baptizabat.

Ex his & pluribus alijs Patribus qui passim fuisse referuntur, videtur omnino conuinci ad valorem baptismi trinam requiri mersionem. quibus tamen non obstantibus

76. **N**egatiua defenditur ex cõmuni Doctorũ. Dico cum D. Th. hic & communi Scholasticorum sententiã ad valorem baptismi non requiri trinam immersionem.

Probat. 1. ex eo quòd Ecclesia non semper cõtulerit hoc Sacramentum trina mersione, quæ si requireretur ad substantiam baptismi, grauissimè cum maximo animarum detrimento errasset.  
Matth. ult.

2. Ex cap. vi. Matth. vbi non tantum habetur forma, sed etiam insinuat proxima materia in verbo, baptizantes, quatenus minister præstare debet quod per illud verbum significat, nec tamen insinuat trinam mersionem esse necessariam.

3. Gregorius lib. 1. epistolarum epist. 41. ita scribit Leandro Hispanensi Episcopo: De trinamersione baptismatis nihil responderi verius potest, quam quod ipsi sensistis, quia in una fide nihil officit consuetudo diuersa, nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulture sacramenta signamus, vt dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis forte etiam pro summe Trinitatis veneratione existimet fieri, neque istud aliquid obijci baptizandos semel in aquis mergere, quia dum in tri-

bus personis una substantia est, reprehensibile esse nulloatenus potest infantem in baptismate vel ter vel se melimmergere, quando & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in una potest diuinitatis singularitas designari. vbi Pontifex respondet Episcopo quærenti num baptismus esset validus in vna mersione, iuxta morem in Ecclesia Hispanensi seruari solitum. vide can. de trina dist. 4. citata. Idem postea traditum fuit in Conc. Tolera. 4. cap. 5. & refertur can. propter vitandam, dist. citata: propter vitandam schismatis scandalum vel heretici dogmatis usum simplicem teneamus baptismi mersionem.

Ex quibus constat, quòd quando baptismus confertur immersione, ad eius substantiam trina immersio non requiratur, similiter non requiratur trina asperio vel infusio, quando illis modis confertur, si tamen alicubi trina immersio esset in usu, extra casum necessitatis omitti non posset absque peccato, vt D. Th. in fine corporis; & quidem, vt censet, graui: quia trina immersio est grauis caremonia habens significationem, vt patet ex Gregorio, Augustino, & alijs citatis. Aliqui tamen, quos sequitur Henriquez lib. 2. qui est de baptismo cap. 7. §. 2. existimant omissionem huius caremonie seposito scandalo & contemptu, solum esse venialem: sed sententia D. Th. est probabilior propter rationem allatam.

Antequam ad argumenta in contrarium allata respondeamus

Notandum ex D. Th. variam fuisse in Ecclesia de trina mersione constitutionem, nam verisimile est initio Ecclesiæ aliquos malè de Trinitate sentientes in vna mersione baptizasse in mortem Christi, & idcirco ad fidem Trinitatis adstruendam Apostolos iussisse baptismum in trina mersione conferri, per quam etiam trinam mersionem triduanæ Christi sepultura designaretur. Postea verò successu temporis aliquos ita usurpasse trinam mersionem, vt existimarent baptismum non posse aliter validè conferri, & rebaptizarent aliter baptizatos. hi videntur fuisse Ariani qui vnam in Deo substantiam non agnoscebant: ad quorum hæresim confutandam videtur introductum in Hispania, vt baptismus vnica mersione conferretur, vt potest colligi ex epist. Gregorij citata, quam consuetudinem ipse approbat. immò in Concil. Tolera. citato ad vitandum usum heretici dogmatis, cautum est ne in Hispania aliter fiat baptismus quam in vna mersione

Ex his dico auctoritates initio allatas bene ostendere initio Ecclesiæ fuisse præceptum baptizandi trina mersione, non verò ostendere eam requiri ad Sacramenti substantiã, id solum deduci potest ex auctoritate Basil. Hiero. Aug. Neque videtur quòd per huiusmodi ceremoniam triduanæ Christi sepultura designetur, quia expressa representatio triduanæ sepulture non est de essentia baptismi, non etiam videtur quòd per eandem designetur Trinitas, quia hæc Trinitatis confessio sufficienter habetur per formam, vide D. Th. ad 1.

His vniuersim dictis, peculiariter satisfaciendum canon 49. citato, can. multi, & auctoritati Theodoret, quæ peculiarem habent difficultatem. Ad can. Apostolorum

Resp. ex eo solum haberi quòd trina immersio necessaria esset ex præcepto Apostolico, quod satis patet ex posteriori parte can. vbi redditur ratio cur non liceat baptizare in mortem Domini: non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate, sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris

Cont. Tolera.

77.

Corollar.

Henriquez.

Varia fuit in Ecclesia de trina mersione collationes.

Resp. ad auctoritates initio allatas.

& Fili.



*et Spiritus S. de vna vel trina mersione nihil simile dicitur. Ad can. multi omilla responsio- ne D. Th. ad 2. quæ videtur minus congrua*

Resp. Pontificem eo loco nolle esse euange- licum præceptum baptizandi trina mersione, sed baptizandi in nomine Trinitatis; quod patet ex ratione quam addit dicti sui, scilicet dicente Do- mino discipulis suis *ite, baptizate omnes gentes in no- mine Patris & c.* ubi præceptum dominicum non re- fertur ad mersionem, sed ad formam. facit tamen mentionem trinae mersionis, quod eo tempore ba- ptismus ex præcepto sub trina mersione fieri de- beret. Ad Theodoretum

Resp. cum nolle ritum trinae mersionis à Chri- sto traditum fuisse, quod ut intelligatur

Sciendum Eunomium docuisse non oportere iter immergere eum qui baptizatur, nec Trinitatē inuocare, sed semel baptizare in mortem Christi, ut patet ex Theodoro loco citato, quod ergo di- cit Theodoretus, *ipse quoque subvertit baptismi ritum à Domino & Apostolis traditum* non ita intelligitur quasi uterque ritus à Domino, sit traditus, sed quod vnus traditus sit à Domino scilicet inuocatio Trinitatis, alius verò sit traditus ab Apostolis, videlicet trina mersio. unde ex hoc loco non habetur trina mersionem esse de necessitate baptis- mi, quemadmodum neque ex eo quod illa cere- monia dicatur esse traditio non scripta. non enim est diuina traditio sed Apostolica, id est ab Apo- stolis constituta, quæ iusta de causa potuit ab Ec- clesia mutari, quam causam subsuiffe constat ex dictis, & inde etiam constat non esse de essentia Sa- cramenti.

D V B I V M I.

*Utrum quando baptismus conferitur im- mersione, emersio requiratur ad va- lorem Sacramenti?*

**N**O T A N D V M dupliciter posse contingere quod aliquis immersus ex aquis non emer- gat. 1. quando immergitur quidem cum animo extrahendi, sed immergens præ debilitate educere non potest. 2. quando immergitur cum animo non extrahendi, ut cum quis vult alium occidere, & ut occidat, projicit in flumen, puteum &c. De priori modo non videtur apud Authores esse du- bium, itaque

Resp. & dico 1. ad substantiam & valorem ba- ptismi non requiritur emersio.

Probat. à posteriori, ex eo quod Patres nun- quam illius faciunt mentionem tanquam necessa- riam ad rationem materiæ. nam qui vnā immer- sionem asserunt, non requirunt ut is qui baptiza- tur educatur ex aqua; qui autem faciunt mentio- nem trium, nunquam insinuant quod post tertiam immersionem requiratur emersio.

Prob. 2. ad veritatem formæ sufficit vera ablu- tio; hæc autem potest esse & censi ante emersio- nem; ergo. Maior patet ex Matth. ult. *baptizati* res. Minor etiam patet ex communi conce- ptu; nam qui linteum in aquam immergit dicitur illud ablucere antequam extrahat.

Confir. si requireretur emersio, is quem mini- ster præ debilitate non posset ex aquis extrahere, non esset censendus baptizatus, etiam si super viuo aquis tincto forma legitime esset pronuntiata;

quod nullo modo videtur probabile, immò is non esset censendus baptizatus qui ab alio extrahere- tur, atque adeo iterum esset baptizandus: v.g. po- namus sacerdotem immergentem aliquem super quo formam pronuntiet, quem tamen non valeat præ debilitate extrahere, sed alius extrahat, dico quod si extractio requiratur ad substantiam Sa- cramenti, hic non sit baptizatus, & proinde sit ite- rum baptizandus. quod ostenditur: quia ex suppo- sito, extractio requiritur ex parte materiæ, eo quod scilicet sine illa non est vera ablutio; quod si ve- rum sit, forma in eo casu erit falsa, quia falsum erit dicere, *baptizo te*, cum is qui id dicit, non educat ex aquis; quod tamen ad rationem abluionis ex sup-posito requiritur. Nec refert quod forma pronun- tiatur more Græcorum, quia ut baptismus subsi- stat necesse est eum qui proferit formam, ablucere; & verbum *baptizetur* implicite respicit ministrum, cuius actus per illud verbum aliquo modo desi- gnatur. omnino autem falsum est talem non esse censendum baptizatum, & esse rebaptizandum.

Probat. 3. si requireretur emersio, hoc idcirco contingeret, quod ad abluionem requiratur ut id quod dicitur abluui verè detegatur, & aqua ab illo diffluat, ante quem diffluum non censetur ablutio. id autem non requiritur ad abluionem potissimum ad hanc quæ ad baptismum censetur sufficere, cum verè censendus esset baptizatus ali- quis per asperisionem, si pronuntiata forma more- retur antequam aqua difflueret: neque vllus ea de re videtur dubitandi locus.

Maior est de 2. casu difficultas, in qua duæ sunt pugnantes sententiæ.

Prior negat eum qui alium projecit in flumen animo occidendi, & antequam moreretur formam proferret, conferre validum baptismum: ita Sco- tus in 4. dist. 5. quæst. 3. Pal. dist. 6. quæst. 1. art. 3. num. 24. Scotus dist. 3. quæst. vnica art. 8. §. *quo an- tem hæc* Silu. verbo *baptismus* 4. quæst. 10. & ba- ptismus 5. quæst. 1. Henriquez lib. 2. de baptismo cap. 7. §. 3. qui plures citat.

Posterior asserit baptismum etiam eo casu esse validum. Gabr. dist. 4. quæst. 2. art. 1. dub. 4. Vic- num. 19. de baptismo; Suarez disp. 20. sect. 3. §. *tantum una superest*; Vasquez disp. 145. cap. 3. & plures quos citat Henriquez cap. citato littera O.

Dico 2. quamuis aliquis pueram projiciat in flumen animo occidendi, si tamen forma proferatur antequam moriatur, & sufficienter aquam contingat, valet baptismus.

Probat. in hoc casu non deest forma ut sup- ponitur ab omnibus, nec deest materia, nec suffi- ciens intentio ministri ad baptismum conferen- dum, ergo. Secunda pars antecedentis probatur: materia huius Sacramenti est ablutio, quæ ut ostē- sum est, potest inueniri sine emersione, & absque eo quod pars quæ dicitur abluui, detegatur aqua; ergo ex parte materiæ in eo casu nihil deest.

Confir. proxima huius Sacramenti materia vel consistit in actione seu applicatione materiæ re- motæ, vel in contactu quo aqua formaliter dicitur corpus contingere; neutrum autem horum in sua ratione dicit vel requirit abluionem seu amo- tionem aquæ à corpore quod dicitur abluui; igitur ablutio quæ est proxima baptismi materia hanc amotionem in sui ratione non requirit, & proinde in presenti casu inuenitur baptismi materia.

Dices non inueniri, cum talis applicatio sit suf- focatio.

Resp. neg. assumptum pro priori parte; quia suffocatio

D uæ se  
t e mæ.

Negat

Scot.

Palud.

Sorus.

Siluest.

Henric.

Affirm.

Gabr.

Vic.

Suar.

Vasquez.

81.

Conclus. 2.

Qui mer-

git animo

occidendi,

validè ba-

pizatur &c.

Obiectio.

Solutio.



suffocatio non tollit vel impedit rationem ablu-  
tionis; quæ consistit in applicatione corporis ad  
aquam, vel aquæ ad corpus. unde licet aqua pro-  
pter suam multitudinem corpus suffocet, nihilo-  
minus verè lauat, ita ut ratio abluionis sit sepa-  
rabilis à suffocatione, quæ fit per contactum aquæ.

Confir. si quis imprudens tantam aquæ multi-  
tudinem infundat super baptizandum, ut ille suf-  
focetur, verè censetur abluere; & si forma profe-  
ratur antequam moriatur, verè baptizatur; igitur  
in illo casu inuenitur materia proxima seu ablu-  
tio; ergo & in nostro, quia intentio occidendi &  
suffocandi non efficit, ut quod alias esset legitima  
materia, desinat esse talis. Similiter si quis impru-  
dens puerum perfundat aqua ferventi, unde con-  
tingat illum mori, verè baptizat, si ante mortem  
forma finiatur; igitur suffocatio vel mors non ob-  
stat, quò minus materia inueniatur.

Scot.

Confir. 2. iuxta Scotum dist. 3. quaest. 3. §. hinc di-  
cendum, ablutio quæ est proxima materia huius  
Sacramenti solum dicitur contactum corporis ab  
aqua causatum ab alio, quod hic inuenitur.

Tertia pars antecedentis argumenti videtur ex  
dictis satis probata, quia in eo casu inuenitur in-  
tentio abluendi & formam proferendi, & per hæc  
faciendi quod facit Ecclesia. Si enim deesset legiti-  
ma intentio baptismi conferendi, id esset quòd ad-  
sit intentio occidendi, & suffocandi; hæc autem  
intentio non euertit intentionem conferendi bap-  
tismi, quando quis vult per aquam suffocare; cum  
ergo huiusmodi intentiones se inuicem non inter-  
imant, potest aliquis velle baptizare per immer-  
sionem, quam ulterius dirigat ad suffocandum, &  
alium occidendum. Et certè cum ablutio baptis-  
malis non dirigatur ad vitam corporalem, inten-  
tio occidendi corporaliter non officit veritati Sa-  
cramenti, si alia requisita inueniantur. unde Sco-  
tus dist. 5. loco citato, laborat in æquiuoco, dum  
conatur ostendere non fore baptismum, si quis ex  
intentione alium occidendi eum iniiciat in flumen,  
ex eo quòd talis injectio non ordinatur ad vitam,  
ad quam ordinatur ablutio baptismalis; ex dictis  
enim patet abluionem baptismalem non ordina-  
ri ad vitam corporis, sed animæ.

Quaest. 1.  
83.

Petes 1. an liceat puerum animam agètem, aliàs  
sine baptismo moriturum, projicere in flumen ut  
baptizetur, & saluetur?

Resp.

Resp. non licere, ut communiter Doctores. ra-  
tio est quòd nulli liceat priuata autoritate quæ-  
piam occidere citra sui defensionem, etiam si alteri  
commodum aliquod accidat; cum non liceat fa-  
cere mala ut eueniant bona. Si tamen aqua non  
posset aliter haberi, posset puer per funem vel ca-  
nistrum in aquam demitti, & formam prolata extra-  
hi, ut varij Doctores.

Quaest. 2.  
84.

Petes 2. an debeat omitti baptismus propter  
mortis periculum; v.g. puer non baptizatus est in  
aperto mortis periculo constitutus, an sit omit-  
tendus baptismus ex eo quòd timeatur ne ex aquæ  
contactu moriatur seu eius mors acceleretur?

Resp.

Resp. non esse omittendum, quia baptismus  
potest conferri aspersione, quæ modica moraliter  
non potest esse causa accelerationis mortis, præ-  
sertim cum possit adhiberi aqua tepida, vel in par-  
te corporis, quæ non tam faciliè noxiam alteratio-  
nem recipiat. Adde quòd si mors parum accelere-  
tur, huiusmodi acceleratio non censetur fieri hu-  
mano modo, quando ita fit insensibiliter & præter  
naturam actus, censeturque potius permissa. Vide-  
ri potest Vasquez sub finem cap. 3. citati qui dicit

Vasquez.

esse communem sententiam. similiter Suarez sect.  
2. in fine. Gabr. supra.

Petes 3. an si quis per immersionem baptizatus  
moreretur antequam educeretur ex aquis, postea  
verò resuscitaretur, deberet iterum baptizari?

Resp. si rationem spectemus, non videri; quia  
tamen multi graues auctores censent talem non  
fuisse baptizatum, quorum sententia si fortè sit  
vera, paruulus maximum pateretur detrimentum,  
censeri posse, immò & debere, sub conditione ite-  
rum baptizari.

## D V B I V M II.

In quota mersione perficiatur Sacramen-  
tum, quando in baptismo plures  
adhibentur?

NOTANDUM immersiones posse duplici-  
ter se habere respectu formæ, quia vel eam  
precedunt, vel subsequuntur. similiter minister  
adhibens plures immersiones potest sese duplici-  
ter habere; vno modo non restringens suam in-  
tentionem, sed simpliciter intendens conficere Sacra-  
mentum, quando forma fuerit legitime prolata  
& sufficiens materia applicata; vel restringens in-  
tentionem vsque ad certam mersionem, ante quam  
nolit Sacramentum conficere, his præmissis.

Resp. & dico 1. quando mersiones præcedunt  
formam & minister suam intentionem non re-  
stringit, omnes per modum materiæ concurrent  
ad Sacramenti substantiam, pro quo

Notandum, quòd licet detur certa quantitas  
aquæ, & abluionis quæ ita requiratur ut minor  
non sufficiat ad substantiam Sacramenti (quamuis  
non possit mathematicè assignari quænam ea sit.)  
detur etiam certa quantitas subiecti, seu partis  
corporis ita sufficiens ut maior non requiratur ad  
valorem Sacramenti, non tamen ita requiritur  
determinata quantitas, ut maior adhiberi ne-  
queat, & forma subsequenti informari. unde quan-  
tumcumque aquæ adhibeatur, & quantumcum-  
que multiplicentur abluiones, si hoc fiat ex in-  
tentione conficiendi Sacramenti, & inueniatur  
moralis connexio cum forma, totum per modum  
materiæ ab eadem forma informabitur, & ad Sa-  
cramenti substantiam concurrent, atque adeò ad  
collationem gratiæ sacramentalis.

Dico 2. quando forma præcedit, nec minister  
restringit intentionem ad certam mersionem, Sa-  
cramentum in ea perficitur, quæ præcisè requiri-  
tur ut sit sufficiens ablutio, etiam ante tertiam  
mersionem.

Probatur, Sacramentum perficitur cum pri-  
mum materia sufficiens applicatur subiecto, & for-  
ma completur; hoc autem fieri potest ante ter-  
tiam mersionem, ut patet cum baptismus confer-  
tur vna mersione, vel infusione, vel aspersione. in-  
uenitur etiam legitima forma ante tertiam mer-  
sionem.

Confir. quòd minister plures immersiones ad-  
hibeat vel pauciores, non efficit ut materia aliàs  
legitima & sufficiens non sit sufficiens; igitur si  
forma pronuntietur post talem sufficientem ma-  
teriam, vel simul, vel paulò antè, & prolatio for-  
mæ absoluitur antequam aliæ mersiones adhi-  
beantur, ante illas perficitur Sacramentum.

Dico 3. si verò restringat intentionem ut non  
perficiatur Sacramentum vsque ad 3. mersionem,

Sacramen-



Sacramentum ante illam non perficietur; ut si intendat ut priores mersiones per se non habeantur pro materia Sacramenti, sed tantum ut coniunctae tertiae, & nolit per illas seorsim sumptas quidquam efficere, cum demum Sacramentum perficietur in tertia mersione. Probat in eo casu minister non intendit per priores ablutiones seorsim sumptas Sacramentum perficere; ergo non efficitur donec tertia accedat, cum Sacramentum non possit perfici absque intentione ministri.

Dices supposito quod velit ablueri, & reipsa abluit sufficienter ad rationem Sacramenti, non potest sua intentione efficere ut non inveniatur materia sufficiens Sacramenti, & proinde non potest efficere ut Sacramentum suspendatur usque ad ulteriorem aliquam mersionem si forma prius fuerit prolata.

Resp. distinguendo antecedens, si enim intelligatur quod non possit impedire quod minus sit sufficiens materia, ut ita dicam, materialiter, seu ut id ponatur quod quantum est ex se per modum materiae sit sufficiens ad rationem Sacramenti, concedo, si vero intelligatur quod non possit impedire quod minus hic & nunc exerceat rationem materiae, nego. cum enim ut ablutio fortitur rationem ablutionis sacramentalis, similiter ut forma fortatur rationem formae sacramentalis, requirant intentionem ministri volentis illa assumere ad esse sacramentale; optime sequitur quod si minister nolit per aliquam ablutionem Sacramentum perficere, illud non perficiendum, & proinde etiam sequitur quod si nolit per aliquam ablutionem seu immersionem seorsim sumptam Sacramentum conficere, non sit confecturus quantumcumque forma praecedat alias mersiones, sed tum demum quando ea accesserit ad quam restringit intentionem.

Adverte tamen ministrum non debere intentionem ad tertiam mersionem restringere, sed debere procedere nihil determinando, sed intendendo facere quod Ecclesia intendit; & omnino consilium est quando tres mersiones adhibentur, ita proferre verba formae, ut ante tertia non finiantur. vide Caiet. circa art. 8. in fine ubi existimat praesentem peccare.

In conclusione dixi ut non perficiatur Sacramentum &c. quia si non restringat intentionem circa ipsam Sacramenti substantiam, sed solum circa mersionem, & gratia disposito conferetur; quia positam substantiam Sacramenti non est situm in potestate ministri ut gratia subiecto disposito conferatur, vel non conferatur, cum Sacramentum per modum naturae illam operetur.

## D V B I V M . III.

Quanta pars corporis debeat abluvi ut ponatur substantia baptismi?

Respondeo ad substantiam baptismi requiri ut ipsum corpus immediate tangatur, quod insinuat Aug. tract. 80. in Ioan. & ipsa ratio ablutionis corporis postulat. unde si quis vasi immersus immergatur, ita ut aqua non possit corpus immediate tangere, non recipiet baptismi Sacramentum, quamvis forma super eo pronuntietur; nec Apostoli Actorum 2. aliter baptizaverunt, quam corpus tangendo. licet enim dicantur multi fuisse

baptizati, potuerunt tamen baptizari aquae pertusione, qua eorum capita perfunderentur, ad quod sufficientes erant ministri.

Vnde si in necessitate baptismus debeat asperusione conferri, ut posset contingere tempore pestis, diligentia est adhibenda, ut in sum corpus in se tangatur, & quidem in ea quantitate seu parte, quae ad rationem Sacramenti sufficiat; alioquin non evitabitur grave peccatum, tum ex eo quod proximo non debite & certo consulatur, ut fieri potest (id enim supponitur) tum ex eo quod citra necessitatem minister se exponat periculo non conficiendi Sacramentum, quod in gravem Sacramenti cedit iniuriam. hoc praesupposito

In praesenti dubio aliqua sunt certa & communiter recepta, de quibusdam vero dubitatur.

Est enim extra controversiam ad substantiam Sacramenti sufficere ut perfundatur vel aspergatur aliqua pars notabilis corporis, v. g. caput, in quo omnes sensus vigent; quod ex ipso Ecclesiae usu patet. si enim corpus aquae immergi non possit, saltem caput perfundi solet, quamvis autem illius partis ablutio sufficiat, ea tamen non est necessaria ad baptismi substantiam, sed subsister Sacramentum si quolibet notabilis pars perfundatur, ut pedus, scapulae, brachium &c. nec repugnat D. Th. art. 7. ad 3. dicens oportere caput perfundere; quia non vult id requiri ad substantiam Sacramenti, sed ad evitandum peccatum; quasi dicat, si possit caput perfundi, non posse sine peccato negligi eius perfusionem, si videlicet baptismus non conferatur immersione. Ratio esse potest quod consuetudo Ecclesiae requirat, ut si baptismus conferatur perfusione, ea pars perfundatur quando commode fieri potest; quod si non possit absque gravi periculo caput perfundi, nullum erit peccatum aliam partem perfundere

De quibusdam autem partibus est dubium; v. g. de manu, pede, similiq. parte minori. Aliqui enim affirmant baptismum consistere, si eiusmodi partes tingantur, quia & anima in illis est, & ab illarum partium ablutione homo simpliciter dici potest abluvi, quod ad veritatem formae sufficit. tenent Viç de Baptismo num. 32. Henriquez lib. 2. de baptismo cap. 7. §. 2. Toletus lib. 2. summae cap. 18. num. 8. Valquez disp. 145. cap. 4. Alij negant.

Prior sententia speculatiue est probabilis, atque adeo in necessitate, quando maior pars aqua tangi non potest, estque periculum ne infans alias decedat absq. baptismo, potest sine vilo peccato in tali parte baptizari, immo & debet. quia nulla irreuerentia erga Sacramentum censetur committi, quod proximo alioquin perituro consulatur per medium probabile, quamvis incertum; cum melius sit puero tale medium adhibere, quod forte poterit prodesse, quam nullum. Si tamē puer euaderet periculum, esset saltem sub conditione baptizandus, ne eius salus magno periculo exponatur, & forte prior baptismus fuerit invalidus. vide Silu. verbo baptismus 4. quaest. 1. de Grassijs i. parte decisionum cap. 27. num. 61.

Idem dico de digito, licet de ea parte minus sit dubium, & aliqui allerentes de manu, negent de digito, quia ex eius ablutione homo non videtur posse dici simpliciter abluvi; dico tamen vigente necessitate de qua supra, puerum posse in digito baptizari, si solus is appareret, propter sententiam variorum, quae in re satis obscura non est improbabilis, transacto tamen periculo longe potiori iure in hoc casu repetendus erit baptismus.

A a

Idem

89.

Sufficit perfundi partem notabilem.

Debet per se loquendo caput perfundi. D. Thom.

90.

Viç. Henric. Tolet. volunt sufficere manum pedem tinguere.

Negat alij.

Affir. speculatiue probabilis, & in necessitate viurpanda.

Repetendus tamen esset sub conditione. Silu.

Quibusdā non videtur posse hominem dici abluvi ex ablutione digiti.



Idem dico de capillis. ita varij, Henriquez §. 2. citato, Toletus supra in fine, Vasquez supra §. postremo quod attinet. quamvis enim communi sententia philosophorum non sint animati, sunt tamen hominis pars, & illis aspersis homo dicitur abluui, unde in necessitate non occurrente parte certiore puer potest in illis baptizari, quia transacta baptismus ut supra est repetendus.

Secundine  
censetur  
pars homi-  
nis.

91.

D. Thom.  
Non potest  
puer bapti-  
zari in vte-  
ro, si factio  
ministri  
possit ad il-  
lum pertinere.

Potest etiam inuolutus secundinis in necessitate baptizari. Angelus verbo baptismus 6. §. 4. Vasquez supra & alij, quia huiusmodi pellis & regumentum censetur pars hominis, & ea abluta homo censetur abluui.

Potes an puer in vtero materno constitutus possit baptizari? D. Th. infra quæst. 68. art. 11. respondet negativè, quia corpus pueri in eo statu non potest tangi in aliqua sui parte, quod communiter verum est; si tamè actio ministri possit ad ipsum puerum etiam in vtero matris existentem pervenire, nihil obstat quo minus possit baptizari, ut si fistula possit perungere ad ipsum infantis corpusculum, vel si propter apertam matris cicatricè aspersio aquæ possit ad illud perungere. Probatur: infans in eo statu est homo distinctus à matre, & sufficiens natus ex nihilo, contraxitque peccatum originale, igitur si aqua in eo statu possit ad eum perungere baptizari potest. unde sequitur quod in necessitate possit hoc modo baptizari, quando scilicet non affulget spes quod proles possit viua educi ex vtero, & iuxta modum à nobis positum possit illi succurri. vbi

92.

Non licet  
viuam ma-  
trē excindi  
et ex prole  
baptizetur:  
at potest  
tamen  
baptizari  
eum certo  
periculo  
matris.

Notandum quod licet mater viua excindi non possit, ut proles baptizetur; quia non licet directè aliquem occidere, ut etià bono spiritali eiusdem vel alterius prospiciatur: possit tamen baptizari eo modo quo diximus si aqua ad eam perungere valeat, etiam si mors matris inde sequatur, & prævideatur securitas; quia in nostro casu actio ministri non respicit interitum matris pro suo termino, sed in executione habet alium terminum, scilicet ablationem prolis, quæ in ratione abluionis materialis est quid indifferens; in ratione verò ceremoniæ sacramentalis est honesta, & subsequens mors matris solum est permixta, atque adeo non imputatur ad peccatum; immò mater eo casu tenetur permittere ut proles baptizetur. nam si cum certo vitæ corporalis periculo, tenemur succurrere salutis proximi, quando moraliter certum est nos posse succurrere, & certum est eum aliàs periturum, eadem ratione tenemur in similibus circumstantijs permittere ut eū aperto nostræ vitæ periculo alius succurrat. quamdiu tamen ex vna parte non apparet morale periculum quod proles non poterit nasci viua ex vtero, & ex altera parte moralis spes quod efficaciter poterit ei succurri in vtero baptismum reipsum conferendo, mater non tenetur sese aperto vitæ discrimini exponere, & proinde raro tenetur se exponere isti periculo, cum raro omnes illæ circumstantiæ occurrant.

93.

Potest ex-  
cindi ma-  
ter morti  
legitimè ad-  
iudicata.

Quod dictum est viuam matrem non posse excindi ut proles baptizetur, intelligitur nisi mater aliàs propter crimina sit legitimè morti adiudicata; quia eo casu citra iniustitiam respectu illius excindi potest. cum tamen illud mediū non videatur moraliter profuturū proli, sed potius obfuturum, cum ex alteratione matris maius periculum infanti creati possit, idcirco mors matris eo casu non videtur prudenter debere vel posse accelerari, ut baptismus infanti procuretur.

Ex dictis facile patet quid dicendum de quan-

titate aquæ necessaria ad baptismi substantiam. in praxi iusta quantitas est adhibenda per quam sine controversia homo dici possit abluui, speculatiuè tamen non est omnino improbabile quantumlibet paruum sufficere, si tamen in necessitate baptismus in minima quantitate aquæ sit collatus non suppetente maiore, pueri superuiuentis baptismus saltem sub conditione est repetendus.

In praxi ea  
quantitas  
aquæ adhi-  
betur per  
quam ho-  
mo certo  
dici possit  
abluui.

## ARTICVLVS IX.

## Vtrum baptismus possit iterari?

NEGAT: quod varijs congruentijs probat, quæ in textu videri possunt. Ratio primaria est Christi institutio.

Resp. arg.

## DVBIUM I.

## Vtrum baptismus validè iterari non possit?

94.

PRÆSENS quæstio intelligitur de baptismo validè collato; quod enim validum non fuit in rigore non iteratur. quamvis autem constet non posse licitè iterari, quia tamen multa sunt illicite quæ facta tenent, peti potest num ita prohibeatur iterari, ut si attentetur, nihil fiat?

Sæpius quæ-  
stionat.

Resp. & dico baptismus non potest validè eidem iterato conferri. est de fide ex Concil. Flor. decreto de Sacramentis, vbi dicitur: inter hæc Sacramenta tria sunt baptismus, confirmatio & ordo, quæ characterem id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctum imprimunt in anima indelebile, unde in eadem persona non iterantur. idem definit Trid. sess. 7. can. 9. de Sacramentis in genere, & can. 11. de baptismo; quibus locis etiam si non ponatur expressè quod nihil fiat si baptismus tenetur circa validè baptizatum, eum tamen esse intellectum canonum constat ex communi Ecclesiæ sensu, quæ semper intellexit baptismum ita esse vnum numero in vnoquoque, ut respectu eiusdem multiplicari nequeat.

Concil.  
neg. cit. de  
fide.

Florant.

Trident.

Probatur eadem veritas ex Patribus, qui licet non utantur nomine inualiditatis, vel simili, satis tamen declarant se velle baptismum & illicitè & inualidè iterari. Cypr. epist. 63. seu 3. lib. 2. ante medium ait, quo & ipso baptisma salutaris aqua significatur, quod semel scilicet sumitur, nec rursus iteratur. Basil. de Spiritu S. cap. 15. non Iudeorum more in quibuslibet iniquitatis abluiuntur, sed vnum nouimus salutiferum baptismum. Leo epist. 37. scimus inextinguibile esse facinus, quoties iuxta hæreticorum damnata à Sanctis Patribus instituta, cogitur aliquis laucrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire; apostolica reclamante doctrina, quæ vnam prædicat in Trinitate deitatem, vnam in fide confessionem, vnum in baptismo Sacramentum.

Prob. et

PP.

Cypr.

Basil.

Leo.

Probatur 2. à posteriori, ex eo quod sæper in Ecclesia existimatum fuerit grauissimum scelus re-baptizare; qui sensus Ecclesiæ & Patrum non potest aliunde provenire, quàm ex eo quod Ecclesia intelligat in vno & eodem non posse baptismum semel validè collatum efficaciter repeti, ita ut substantia Sacramenti iterato poni possit; si enim substantia huius Sacramenti in vno eodem possit iterari, cur nullus id potest tentare, cum recipiendo secundo Sacramentum magnam possit gratiam recipere?

Probatur

ne.

Dices Ecclesiam id prohibere. Sed cur vniuersalissimè prohibet, si quantum est ex Christi institutione non possit repeti, & quidem cum fructu? non enim videtur posse habere iustam rationem ita vniuer-

Obiectio

cola dicitur.

saliter



saliter prohibendi, si Sacramentum ex sua institutione possit repeti. Adde quod Ecclesia nunquam agnovit in se potestatem permittendi ut baptismus sine peccato posset repeti: ex quo manifeste cōvinetur non oriri ex prohibitione ecclesiastica, sed ex divina institutione, qua factum est ut hoc Sacramentum vni tantum semel posset conferri.

Eadem veritas duobus Scripturae locis probari solet: vno ad Ephes. 4. *unus Dominus, una fides, unum baptismum*, altero ex cap. 6. ad Hebræos: *impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati &c. & prolapsi sunt, iterum renovari ad penitentiam, nisi crucifigentes se hauriant ipsi. Filium Dei, & ostentum habentes.*

Verum si scopum Apostoli spectemus, ex prior loco non videtur ita commodè probari. Apostolus enim ibi hortatur Ephesios ad vniōem spiritus, pacem, & charitatem inter se fovendam, ex eo quod sit vnus Deus, vnā fidem inter se habeant, & cōmune baptismum; ad quod parum refert quod vnusquodque sit vnus numero baptismus, facit vero plurimum quod sit idem specie in omnibus, & eandem virtutis; nam si omnes in vna fide, & in vno specie baptismate inter se communicent, optime deducitur quod debeant se mutuō diligere, supportare &c. itaque id solum videtur vrgere locus ad Ephesios citatus. Confir. propter cum locum non est dicendum fidem in singulari ita esse vnam, ut non possit successivè multiplicari numero. Adde tamen propter plurimorum Patrum auctoritatem qui prædictum locum ita accipiunt posse probabiliter hoc modo intelligi. Posterior etiā locus non videtur sufficienter intentum suadere, nam licet illuminati intelligantur per baptismum, qui interdum vocatur illuminatio, & potissimum à Græcis Patribus, non est tamen necesse prædictum locum ita interpretari, ut Apostolus velit eos qui post baptismum prolapsi sunt non posse renovari ad penitentiam, scilicet baptismum iterato recipiendo, sed commodè potest ita explicari: impossibile, id est valde difficile, est illuminatos qui prolapsi sunt, scilicet per apostasiam à fide, renovari ad penitentiam & renovari ad gratiam. difficile inquam est, quia tales voluntariè recedentes à fide stupidi præcludit omnem conversionis viam. ita autem eo loco sumi *impossibile*, pater ex eo quod Apostolus subiungat, *confidimus autem de vobis dilectissimi mei meliora & viciniora saluti, tamen si ita loquimur quasi dicat, quamvis ita se res habeat ut dixi, nihilominus confido Deum, qui iustus est, non traditurum oblivioni vestra bona opera, & sua misericordia vobiscum per gratias prævenientes acturum ut ad cor redeatis, & per penitentiam illi reconciliemini.* Propter Patrum tamen auctoritatem similiter censeo ex eo loco intentum posse probabiliter deduci.

## D V B I V M . II.

*Utrum aliquibus casibus baptismus possit iteratò conferri?*

SUPPONO 1. ex dubio prædicti baptismum semel legitime collatum nullo modo iterari posse etiā sub conditione, si de illo moraliter constiterit autem constare ex eo quod constet exterius Sacramentum sub legitima materia & forma alicui collatum, & nulla subit probabilis ratio dubitandi de intentione ministri. Dico etiam sub conditione, quia quando moraliter constat de re

ipsa, conditio censetur tanquam impertinens, & proinde in ordine ad culpam contrahendam haberi debet tanquam non apposta, & qui hoc casu rebaptizat etiam sub conditione moraliter censetur absolute rebaptizare, quod est graue sacrilegium.

Porro baptismum exterius alicui collatum potest moraliter constare 1. ex testimonio etiā vnus fide digni id pro certo asserentis, ut passim Theologi, & colligitur à contrario ex can. *parvulos* Gregorij 3. can. *placuit*, Concil. Carthag. 5. can. 6. can. *cum itaque*, can. *si multas*, Leonis Papæ de consecratione dist. 4. 2. ex eo quod aliquis natus ex christianis inter christianos laudabiliter versetur, ut patet ex cap. *veniens in fine*, & presbytero non baptizato; quod intelligendum si nulla in contrarium valida vigeant argumenta.

Suppono 2. baptismum posse etiam absolute denuo conferri, quādo est moraliter certum priorem baptismum fuisse invalidum. cum autem ad valorem baptismi requiratur legitima materia, legitima forma, & legitima intentio ministri, quandoque constat de defectu alicuius ex his tribus, Sacramentum potest, immo debet sine scrupulo absolute repeti; immo his casibus non tam repetitur quā primò confertur, quod enim invalidum fuit, non potest dici iterari, etiam si externa specie iterari videatur.

Ex quo sequitur 1. quod baptismus collatus in vino, lacte, ceruisia, debeat denuo conferri, etiam absque vlla conditione expressa vel tacita. idem est iudicium de similibus liquoribus quos constat non esse legitimam materiam.

Sequitur 2. similiter absolute repetendum baptismum collatum sub forma manifestè illegitima, ut si quis dicat *baptizo te in mortem Christi*, vel *in tres principio parentes* &c.

Sequitur 3. si quis exercens externam actionem baptismalem circa aliquem, habeat intentionem repugnantem consecrationi Sacramenti, ubi id innotuit, debere Sacramentum iterato absolute conferri. potest autem constare si minister dicat se non habuisse intentionem baptismi conferendi; si dicat se nullo modo intendisse sacramentum exercere &c.

Præter dictos casus potest etiam baptismus iteratò conferri ut videtur absolute, quotiescumque planè ignoratur an aliquis sit baptizatus; quod videtur patere ex canonibus *parvulos*, *placuit*, *cum itaque*, *si nulla*, citatis, canone enim *cum itaque* desumpto ex epist. 37. citatâ Leonis, dicitur *quoties persona talis incidit* (scilicet quæ sui baptismi nihil recorderetur) *nec aliter testari de ea possit, qui sciat consecrationem* (scilicet baptismum) *solicite primum examinatione discite, & longo tempore* (nisi forte supersumus finis imminet) *indagate, utrum nemo penitus sit qui testimonio suo iurare possit ignorantiam nascentis, & cum confiterit hunc qui baptismatis indiget Sacramentum sola inanimiter suspitione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cuius in se nullam sit esse vigiliam, nec vereamur huius salutis ianuam aperire, quam nunquam ante docetur ingressus, cuius rei ratio in antecedentibus redditur, quoniam non potest in iterationis crimen reverti quod factum esse omnino nescitur.* & canone *si nulla* desumpto ex epist. 92. capit. 15. idem clarè tradit dicens: *si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus hi de quibus queritur baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur ne manifestè pereant, in quibus quod non*

Qui rebaptizat sub conditione, quando de baptismo moraliter constat, censetur absolute rebaptizare.

97. Repetendus est absolute cum moraliter constat de defectu.

Corollaria.

98.

Conferri iteratò potest absolute quando planè ignoratur an sit collatus.

Probat ex multis canonibus. Lea.



ostenditur gestum ratio non sinit ut videatur iteratum.

Ex quibus videtur manifeste colligi quoddam in dubio negatio (de quo loquuntur canonici) quando videlicet aliquis nescit se baptizatum, neque idoneis testibus vel indicij probari potest quod fuerit baptizatus, possit baptismus absolute conferri; quod potiori iure fieri potest respectu nati inter Anabaptistas, qui ante usum rationis ab eis est separatus, quia longe certius est talem nunquam suscepisse baptismum, cum Anabaptista non soleat suos baptizare antequam ad rationis usum perveniant. his praemissis

99.

Repeti potest sub conditione quando est iusta ratio dubitandi Innoc. 3. Rationes dubitandi multae.

Respondeo etiam extra hos casus baptismum variis eventibus posse sub conditione repeti, quando est probabile dubium seu iusta ratio dubitandi, num aliquis sit vere baptizatus, quia ut Innocentius 3. cap. veniens citato, non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum.

Rationabile autem dubium seu iustus ex causis plurimis modis potest contingere. 1. si parentes vel alij qui rem scire potuerunt utrumque dubitent num baptismus sit collatus, est sufficiens ratio Sacramentum sub conditione repetendi. 2. si constet quidem de actu externo, merito tamen dubitari possit num legitima materia sit adhibita vel pars indubitata sufficiens abluta. 3. si immersioni non successerit emersio, eo quod multi sentiant idem baptismum non esse legitimum defectu materiae. 4. si dubium sit num aqua in sufficienti quantitate corpus tetigerit, iuxta sententiam quae certa quantitate aquae requiritur. 5. quando probabiliter dubitatur num forma sit legitima, ut si baptismus sit collatus in nomine gentis &c. denique recessus a communi forma Latinorum vel Graecorum erit sufficiens ratio baptismum saltem sub conditione repetendi. non debet tamen repeti baptismus collatus a Latino in Ecclesia Latina sub forma Graecorum, eo quod talis forma sufficiat ad substantiam Sacramenti. 6. quando merito dubitari potest de intentione ministri.

Corollarium.

Ex quibus patet prudenter rebaptizari sub conditione baptizatos ab haereticis, in quibusdam partibus, ut in partibus Belgij haeresis infectis. nam qui eorum mores probe norunt merito dubitant num legitime baptizent, cum dicantur uti forma minus legitima. item aliqui dicantur minus rectam habere intentionem. Idcirco Synodus provincialis Mechliniensis baptizatos ab haereticis iubet sub conditione rebaptizari, ut videre est in pastoralis Mechliniensis impresso 1608. can. 11. de baptismo. quando tamen nulla est suspicio de invaliditate baptismi ab haereticis collati, nullo modo est repetendus, ut patet ex epist. Leonis 37. citata cap. 2.

Synodus Mechliniensis iubet rebaptizari baptizatos ab haereticis.

Aduerte 1. haec non tantum habere locum in parvulo de cuius baptismo prudenter potest dubitari, sed etiam in adulto, quia eadem utriusque est ratio.

Alex. 3.

Aduerte 2. Alexandrum 3. cap. de quibus, de baptismo & eius effectu docere, quando quis sub conditione baptizatur praemittenda haec verba: si baptizatus es non te baptizo, sed si nondum baptizatus es ego te baptizo: quae tamen non necessaria sunt praemittenda, quia sufficit interius conditionem subintelligere, quamvis ad vitandum scandalum sit consultius in publico baptismo conditionem exterius adijcere, quando constat baptismum prius fuisse collatum, licet dubium, quo casu sufficit dicere, si nondum baptizatus es ego te baptizo.

100.

Petes 1. an in his & similibus eventibus baptismus non tantum possit sed etiam debeat sub conditione repeti?

Resp.

Resp. debere, quia ex repetitione nulla potest censeris irrogari Sacramento iniuria, ut ex dictis pa-

ter, & ex alia parte si Sacramentum forte non fuerit reipia validum, homo maximum patitur detrimentum, cum sit summa necessitatis & sine quo nulla alia Sacramenta prodesse possunt. unde quandoque de materia vel forma baptismi graues auctores dissentiunt, baptismus necessarius est repetendus sub conditione, ne homo periclitetur in re adeo necessaria, cuius valor non pendet ab opinione, sed requirit ut materia talis inueniatur a parte rei qualem Christus instituit. quae ratio ostendit ministrum debere Sacramentum sub conditione iterato conferre, in quo passim conveniunt Doctores.

Sed difficultas est num adultus in cuius baptismum minister usus est materia vel forma tantum probabiliter, teneatur baptismum sub conditione iterato recipere. Aliqui videtur negare, quia satisfecit obligationi suscipiendi Sacramentum, illud suscipiens iuxta sententiam probabilem.

Difficultas.

Sed contrarium videtur omnino verius; nam qui recipit baptismum in materia vel forma dubia, videtur tamen moraliter constare de valore baptismi, alia Sacramenta sacrilege recipiuntur; igitur ad haec sacrilegia impedienda homo teneatur baptismum iterato sub conditione recipere.

Qui recipit baptismum in materia vel forma dubia, videtur tamen moraliter constare de valore baptismi, alia Sacramenta sacrilege recipiuntur; igitur ad haec sacrilegia impedienda homo teneatur baptismum iterato sub conditione recipere.

Dices aliquis in sua operatione potest sequi sententiam probabilem, ergo.

Obiectio.

Resp. neg. consequentiam, & dico assumptum praesentis propositi minus solide applicari. nam cum Doctores asserunt aliquem relicta sententia probabiliter posse adherere contrariae etiam probabiliter, non volunt id esse verum quando probabilitas solum versatur circa rei naturam aut conditionem, sed quando sententiae inter se sunt contrariae in ordine ad praxim, quarum una asserit aliquid citra peccatum fieri posse, alia negat; in nostro vero casu Doctores non censent aliquem (saltem extra casum necessitatis, quando Sacramentum non potest aliter conferri vel recipi) posse absque peccato conferre vel recipere baptismum in solo digito, sed solum asserunt esse probabile talem baptismum esse validum, quo non obstante homo potest obligari ad suscipiendum iterato saltem sub conditione propter ratione allatas.

Solutio.

Petes 2. utrum infantes baptizati ab obstetricibus sint sub conditione rebaptizandi? ita faciendum monet Synodus Mechliniensis citata, ut patet ex pastoralis can. 9. de baptismo, quod tamen videtur communi Doctorum sententiae repugnare, qui partim tradunt, partim supponunt baptismum collatum ab obstetricibus esse validum, scilicet indubitatum; quod etiam supponunt quaedam synodales constitutiones, docentes quod pastores debeant inquirere de modo & forma qua obstetrices in baptismo vsurpant; item utrum formam norint; item quod nulla ad hoc officium assumi debeat quae formam non probe sciat; praeterea quod melius sit eas formam lingua vernacula proferre, ut non sit erroris periculum. item quod pastor qui intelligit puerum baptizatum ab obstetrice quaeratur qua forma visa sit, & si inuenerit formam debitam fuisse observatam, non baptizet. ex his enim aperte constat baptismum collatum ab obstetricibus formam scientibus passim haberi validum. Dicendum ergo communiter inter catholicos non esse rebaptizandos etiam sub conditione baptizatos ab obstetricibus, quia nisi aliud obstat ex eo cap. baptismus non potest prudenter reddi dubius. videri potest Sotus dist. 3. quaest. unica art. 9. §. circa hanc

101.

Quaest. 2. Baptizatos ab obstetricibus rebaptizandos esse monet Synodus Mechliniensis.

Resp. Inter catholicos non sunt rebaptizandi.

igitur



quar solutionem. Nauarrus cap. 27. summae num. 246. Henriquez lib. 2. de baptismo cap. 21. num. 1. Rodrigues 1. parte summae cap. 25. in fine; de Grassijs 1. parte decisionum cap. 27. Decretum concilij Mechliniensis potest intelligi in locis heresi infectis in quibus merito potest dubitari de baptismo ab obstrictibus collato, quemadmodum merito potest reuocari in dubium baptismus collatus ab obstrictice saga vel suspecta de magia, & haerese, his locis ubi multi sunt haeretici, quem reperi sub conditione videtur omnino suadendum.

Petes 3. an expositi possint & debeant baptizari sub conditione?

Resp. 1. si cui apposta sit charta quod sit baptizatus, etiam si nomen testis non apponatur, non esse rebaptizandum, nisi in contrarium sint virgentia indicia; quia per similem chartam fides sufficiens haberi potest: cum ea soleat apponi ad vitandam reiterationem baptismi, quod videtur omnino verum inter catholicos, quamvis Concilium Cameracense titulo 6. cap. 8. statuat talem baptizandum sub conditione.

Resp. 2. si nec tale testimonium apponatur, nec aliunde constet de veritate, posse & debere sub conditione baptizari; ita varij, videri potest Vasquez disp. 146. cap. 4. §. notant autem, Sotus, similiter rituale Romanum Pauli quinti de baptismo §. de baptizandis parvulis.

## D V B I V M III.

## De penis quae propter rebaptizationem incurruntur.

**D**VPLEX poena rebaptizationi apponitur: una civilis, altera ecclesiastica.

Dico 1. si baptismus de quo moraliter constat fuisse validum iteretur, tam rebaptizans quam rebaptizatus extremo supplicio est afficiendus; vt patet ex L. 2. C. ne sanctum baptismum iteretur.

Adverte 1. vt quis propter iteratum baptismum illa poena afficiatur, requirit vt sit culpabilis, vt patet ex L. citata, & ex eo quod vita nulli possit adimi qui saltem non praesumatur grauiter peccasse. vnde si moraliter constaret aliquem inculpate rebaptizasse, vel baptismum recepisse, v. g. quia nesciret baptismum non esse licitum, non posset extremo supplicio affici. similiter nec is videtur illi subiacere poena, qui culpabiliter ignorans se baptizatum, procuraret secundum baptismum, vel in eadem circumstantia conferret: immo neque is qui ex culpabili ignorantia quod sit illicitum, rebaptizaret vel secundum baptismum reciperet, quia Lex videtur agere contra eos qui animo haeretico rebaptizant, seu qui scientes rebaptismum in Ecclesia illicitum. qui autem rebaptizaret vel curaret se baptizari ex crassa ignorantia legis, non posset dici animo haeretico id facere, quamuis in eo peccaret.

Adverte 2. vt haec poena propter rebaptizationem incurratur, aliquis requirere vt baptismus absolute iteretur, quia poena sunt restringenda; vnde censent cum qui rebaptizaret sub conditione etiam sciens validitatem prioris baptismi, non afficeretur extremo supplicio, quamuis grauiter peccaret. sed verius videtur quod si in fraudem legis apponat conditionem, sciens priorem baptismum fuisse validum, & illicitum rebaptismum, possit illa poena affici, quia conditio non tantum in ordine ad culpam, sed etiam in ordine ad poenam potest censeri his circumstantijs tanquam non apposta, cum censetur apposta solum ad vitandam poenam, & de cetero actio exterior videatur exerceri animo haeretico, & ex morali iudicio quod baptismus etiam rite collatus possit repeti.

Dico 2. qui rebaptizatur fit irregularis: ita communiter Theologi & Canonistae. A quibusdam varijs canonibus probatur, sed minus efficaciter. nam canon non licet, canon rebaptizare, de consecratione dist. 4. nullam huius rei faciunt mentionem; canon qui hisignoranter, eadem dist. non est alicuius Pontificis vel Concilij generalis, & proinde non habet auctoritatem respectu totius Ecclesiae; canon eos quos, eadem dist. solum iubet vt Episcopi, presbyteri, diaconi rebaptizati vsque ad extremum diem poeniteant, scilicet publica poenitentia; quae cum iam non sit in vsu, ex consequenti irregularitas ex occasione illius incurri solita cessat hoc tempore. Probaret etiam solet ex canone qui in qualibet, 1. quest. 7. ubi idem Felix tertius dicit: qui in qualibet etate alibi quam in Ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam profectus non permittantur accedere. Sed nec inde intentum videtur sufficienter probari, quia Pontifex hanc poenam solum imponit rebaptizato extra Ecclesiam, id est ab haeticis, cum illius tempore frequenter fierent huiusmodi rebaptizationes; vnde non apte vniversaliter concluditur rebaptizatum etiam a malo ministro catholico fieri irregularem.

Ex iure ergo scripto solum videtur probari per canonem Afros dist. 98. desumptum ex epist. 25. lib. 2. S. Gregorij Papae ubi dicitur: Afros pastores vel incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias, quia Afri quidem aliqui Manichei, aliqui rebaptizati, ubi aperte decernitur rebaptizatum non esse ad ecclesiasticos ordines admittendum. ex canone etiam, Qui in qualibet satis congrue probatur iuncto Ecclesiae sensu, quod praedictum canonem absolute intelligit.

Circa haec notandum 1. vt quis irregularitatem hanc incurrat requirit peccatum, & quidem mortale, vt patet ex grauitate poenae, & proinde quisquis excusatur a peccato, eam non incurrit. hinc non fit irregularis qui ignorans se baptizatum, curat materialiter se secundo baptizari. 2. non fit irregularis is circa quem actio baptismalis valide est exercita, putans tamen bona fide priorem baptismum non fuisse validum, neque valens praemisso examine doceri de veritate, secundum baptismum procurat. 3. non fit irregularis qui sciens se valide baptizatum procurat secundum baptismum inuincibiliter ignorans id esse illicitum. Adde nec fieri irregularem, si in his casibus solum venialis culpa intercesserit. ita aliqui recentiores, licet antiqui communiter contrarium existiment, sed minus solide, cum haec poena praesupponat culpam mortalem, quae ex supposito in hoc casu non inuenitur. Quod si culpa mortalis intercedat, incurritur irregularitas etiam inuincibiliter ignorata; quia vt poena incuratur, non requiritur ipsius notitia.

Notandum 2. ad hanc irregularitatem incurrendam requiri vt quis velit rebaptizari, seu vt velit quantum in se est secundum baptismum recipere; vnde si quis vt se liberet ab aliquo malo, scilicet permittat actionem exteriori circa se exerceri, nolens secundum baptismum recipere, hanc poenam non incurrit: quia poena quae apponitur actui, qui valide non potest

104.

Conclus. 2.  
De poena  
ecclesiastica.

Probationes  
quae ori-  
dam insuf-  
ficientes.

Probatur  
efficacius  
ex cap. 4.

105.

Ad eam ir-  
regularita-  
tem incur-  
rendam, re-  
quiritur  
grauis pec-  
catum.

Incurritur  
etiam inuincibiliter ig-  
norata.



exerceri, requirit saltem voluntatem ponendi actum quantum in se est, nisi verba legis in contrarium urgeant, ut si excommunicetur qui cum mortali professa matrimonium contrahit, non incurrit excommunicationem is qui solum simulat contrahit. Adde si metu mortis hunc actum circa se exerceri permittat, seu ei non resistat, non peccabit, quia non tenetur cum tanto discrimine resistere, seu non pati istum actum sibi de cætero inuoluntarium, quod intellige nisi quis in contemptum religionis christianæ velit rebaptizare; tunc enim potius mors est perferenda, quam quis patiat hunc actum circa se exerceri, quamvis neque eo casu incurreretur irregularitas, si deesset interior intentio baptismum secundum suscipiendi.

Notandum 3. eum qui solum vult sub conditione baptismum repeti, hanc penam non incurtere, cum, ut colligitur ex canonibus citatis, apponatur rebaptizationi absoluta.

106.

Quæst. 1.  
Incurritur  
licet delictum sit occultum.

Petes 1. utrum hac pena incuratur, si delictum sit occultum?

Aliqui censent solum incurri quando est publicum; sed ex canonibus *Afros*, & *qui in qualibet*, satis patet utroque casu incurri.

Quæst. 2.

Sibi impeditur  
rebatismum  
approbans,  
non incurrit.

Petes 2. an fiat irregularis, qui ignoranter rebaptizatus id ratum habet postquam illius habet notitiam?

Afferunt plerique, potissimum antiqui; alii tamen recentiores negant. Henriquez lib. 14. cap. 4. num. 3. Suarez tomo 3. disp. 31. sect. 6. sub finem. Saitus 2. parte thesauri casuum lib. 7. cap. 8. num. 15. quorum sententia est probabilior, quia nulla rati habitationi decernitur irregularitas. Præterea hæc rati habitatione non facit ut præcedens rebaptizatio sit peccatum externum per modum externæ passionis peccaminosæ, propter quam tamen irrogatur irregularitas.

Quæst. 3.

Hæc irregularitas  
impedit etiam  
exercitium  
suscceptorum  
ordinum.

Petes 3. an hæc irregularitas impediatur solum ascensum ad ordines, an etiam ministerium in susceptis ordinibus? nam ex canone *Afros* videtur solum colligi impediri promotionem ad ordines.

Nihilominus dicendum etiam impediri exercitium ordinum susceptorum, ut communiter Doctores, quia canone, *qui in qualibet* citato, in quo communi sensu Doctorum decernitur irregularitas rebaptizato, is non solum arceatur a suscipiendis ordinibus, sed etiam ab exercitio susceptorum.

Quæst. 4.

Si crimen  
occultum sit,  
potest Episcopus  
dispensare.

Petes 4. quis possit in hac irregularitate dispensare?

Resp. per se loquendo solum summum Pontificem, si tamen crimen sit occultum, potest etiam Episcopus dispensare in locis in quibus Tridentinum est receptum, ut patet ex sess. 14. cit. dem Concilii cap. 6. de reformatione. quod non tantum intelligitur ut possit aliquis ministrare in susceptis ordinibus, sed etiam ut possit ad ordines promoveri, quia potestas per Tridentinum concessa non restringitur ad unam partem.

Crimen autem censetur occultum, non solum quando occultus est rebaptismus, sed etiam quando licet ipse baptismus sit publicus, occultum tamen est quod peccatum in eo sit commissum, immo si quis accusatus de rebaptizatione, euadat, neque res in iudicio probari potuerit, crimen censetur occultum, & proinde Episcopus poterit dispensare in irregularitate consequente.

Conclusio.  
Ministrans  
rebaptizationi  
est irregularis.  
Cap. ex litterarum.

Dico 3. Acolythus vel alius ministerium præbens rebaptizationi est irregularis; patet ex cap. ex litterarum, de Apostatis. ubi

Notandum 1. ad hanc irregularitatem requiri culpam mortalem, ut ex dictis patet, & proinde quisquis excusabitur à culpa, excusabitur etiam à pena.

Notandum 2. per hanc irregularitatem non impediri executionem ordinum susceptorum, sed solum promotionem ad ordines; patet, quia capitulo citato dicitur quod ad superiores ordines promoveri non valebit.

Petes an ad hanc irregularitatem incurrendam requiratur ut crimen sit publicum? Negat Scotus dist. 6. quæst. 8. Sotus dist. 3. quæst. unica articulo 9. in fine, & alij quos sequitur Saitus supra dub. 6.

107.

Afferunt Suarez supra dub. 3. Henriquez lib. 14. cap. 4. num. 4. quorum sententia est probabilior, & conformior cap. citato, ubi dicitur: *respondemus quod ad superiores ordines promoveri, si publicum est quod proponitur, non valebit.* ex quo satis patet, si crimen sit occultum, nulla opus esse dispensatione, ut Acolythus ad ordines superiores promoveatur.

Difficultas est de rebaptizante, quem etiam fieri irregularem tenet communis sententia, ex cap. citato; si enim is qui præstat minus ministerium, puniatur irregularitate, longè potiori iure debet censeri puniri rebaptizans, cuius ministerium maius est. quæ deductio in præsentem non caret difficultate; cum, ut constat, irregularitas non incuratur nisi exprimat in iure, neque valeat argumentum à maiori, vel simili.

Confir. in materia odiosa Lex non est extendenda propter rationis similitudinem.

Nihilominus recedendum non est à communi Doctorum sententia, præsertim cum Ecclesia videatur illam legem ita tacite interpretari. unde

Dico 4. rebaptizans est irregularis. Probatur ex cap. citato, in quo Pontifex vult præstantem ministerium rebaptizationi esse irregularem. itaque formalis resolutio capituli est quod irregularitas incuratur propter ministerium præstitum rebaptizationi; licet solius Acolythi fiat mentio, quia de eo solum Pontifex fuerat interrogatus; itaque respondens ad speciem facti sibi propositi, non tam spectavit materiam quod proponebatur, quam id propter quod interrogabatur; & proinde communis sententia non tam fundatur in similitudine vel argumento à maiori, quam in eo quod formaliter decernitur cap. citato.

Conclusio.  
Rebaptizans  
est irregularis.

Notandum 1. rebaptizantem non incurere irregularitatem in ea circumstantia, in qua non incurret Acolythus, ut si inculpate rebaptizet. Neuter etiam incurret, si solum repellantur accidentales solemnitates; item si crimen sit occultum. 4. si non conetur quantum in se est rebaptizare. unde si quis scite rebaptizet, non incurret irregularitatem; in quo casu non incurrit etiam is qui minus præbet ministerium rebaptizans tamen absolute etiam metu gravi adactus, sit irregularis. 5. neuter sit irregularis si baptismus sub conditione iteretur, quamvis baptizans peccet eo quod non adhibuerit sufficientem diligentiam ad veritatem cognoscendam. ita Nauarrus capit. 17. numer. 246. Henriquez numer. 4. citato. Suarez supra dub. 4. quamvis aliqui contrarium sentiant. Ratio est quod pena sit strictè accipienda, & intelligenda opponi actui secundum subiectam materiam perfectam, nisi verba legis amplius urgeant.

108.  
Varietatem  
caloris  
non incurrit.

Notandum 2. rebaptizantem non impediri ab executione

Nauarrus.  
Henricus.  
Suarez.

Rebaptizans  
non impeditur  
ab executione



executione susceptorum ordinum, ut patet ex textu; & tenet Suarez supra dubio 1.

Notandum 3. solum Pontificem posse in hac irregularitate dispensare, ut supra; nisi rebaptizans religionem ingrediatur. nam in fauorem religionis Episcopus potest cum eo dispensare ut ordines suscipiat; quod etiam dicendum de Acolyto ministerium exhibente rebaptizanti. patet ex cap. citato.

ARTICVLVS X.

*Utrum ritus quo Ecclesia in baptizando utitur sit conueniens?*

**A**FFIRMAT; docetque ceremonias in solemnibus baptismis adhiberi 1. ad excitandam deuotionem fidelium & reuerentiam erga Sacramentum. 2. ad eorumdem fidelium instructionem, ut scilicet per quedam sensibilia quæ in baptismo adhibentur, instruantur ad querenda ea quæ per huiusmodi signa significantur. 3. ut per orationes, benedictiones, & huiusmodi, cohibeatur vis demonis ne Sacramenti effectum impediatur. de his ceremonijs agitur infra quæst. 71.

ARTICVLVS XI.

*An conuenienter describantur tria baptismata?*

**A**FFIRMAT conuenienter poni, scilicet baptismum aquæ, sanguinis, & flammis. Aduerte solum baptismum aquæ esse Sacramentum & eum solum absolute vocari baptismum; alia duo per quandam analogiam dicuntur baptismata; quod interdum suppleant baptismum aquæ, scilicet quoad effectum seu culpæ remissionem, quam operantur. unde non dicuntur baptismata nisi baptismum aquæ præcedant.

ARTICVLVS XII.

*Utrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata?*

**C**ONCLUSIO est affirmatiua; quæ intelligitur quoad effectum gratiæ, quæ in martyrio communiter maior solet concedi quam in Sacramento baptismi, vel quam ratione contritionis. Quoad alios effectus non est necesse superet, cum per baptismum etiam omnis pœna tollatur, & character imprimatur, qui ratione martyrij non imprimitur. de materia horum articulorum infra scribitur.

QVÆSTIO LXVII.

*De ministris per quos traditur baptismi Sacramentum.*



**V**INQUE primis articulis docet etiam non sacerdotem posse valide baptizare; immò mulierem, & paganum; quamuis id soli sacerdoti ex officio

competat. in quorum articulorum explicatione non occurrit difficultas. circa rem ipsam occurrit

DVBIVM I.

*Quis sit sufficiens minister baptismi?*

**C**ALVINVS, ut vidimus quæst. 64. in dubio circa articulum 4. negat etiam in extrema necessitate permissum esse fœminæ baptizare. incertum autem est an velit non posse valide, an verò solum licitè. Cypr. verò cum Cœpiscopis Africanis negauit hereticos vel schismaticos esse sufficientes ministros huius Sacramenti, ut vidimus eadem quæstione dub. 2. circa art. 5. Ex quibusdam Pontificum & Patrum sententijs videri possit paganos non posse valide baptizare.

Sed certa fide tenendum est quemlibet hominem ratione vtentem esse sufficientem huius Sacramenti ministrum.

Patet ex Concil. Flor. decreto de Sacramentis ubi dicitur: *Minister huius Sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare; in causa autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus & mulier, immò & paganus, & hereticus baptizare potest, dummodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesiæ ubi*

Aduerte Concilium per illam additionem in causa necessitatis, non velle baptismum ab alijs quam sacerdote collatum extra necessitatem esse inuàlidum, sed tantum peccare, si extra huiusmodi necessitatem baptizent. quæ explicatio certa & communis confirmatur: constat ex prædicto decreto baptismum collatum à laico in necessitate esse validum; ergo etiam dicendus est valere collatus ab eodem citra necessitatem, cum baptismi collatio non sit intrinsecè actus iurisdictionis, neque ad sui valorem requiratur iurisdictionem in ministro respectu eius qui baptizatur. igitur ex eo capite non potest censeri validus in causa necessitatis, inuàlidus autem collatus extra necessitatem, Ecclesià in priori casu concedente iurisdictionem, negante verò in posteriori. Non potest etiam dici inuàlidus extra casum necessitatis, ex eo quòd Ecclesià prohibeat laico extra illum casum baptizare; quia simplex Ecclesiæ prohibitio non potest reddere Sacramentum inuàlidum, si materia & forma ponantur cum legitima intentione ab eo qui aliàs validè Sacramentum conficeret. cum ergo ex prædicto decreto habeatur quemlibet in casu necessitatis posse validè hoc Sacramentum conferre, ex eodem habetur posse etiam validè extra necessitatem.

Probatur eadem conclusio discurrendo per singula membra. 1. constat ad valorem baptismi non requiri clericatum, cum baptismus collatus ab Athanasio nondum clerico iudicatus fuerit validus, ut refert Nicephorus lib. 8. historia cap. 44. qui baptismus etiam citra necessitatem fuit collatus, ut ex prædicta historia patet.

2. Constat obstetres validè baptizare, & quâuis non soleant extra casum necessitatis, tamen baptismus ab ijs collatus etiam extra illum casum passim iudicatur validus. Si enim cõstet eas quempiam infantulum baptizasse, pastores non rogantur fuerit necessitas, sed supponitur legitimus baptismus, siue fuerit collatus in necessitate, siue citra illam: quòd si extra necessitatem mulier inuàlidè baptizaret, pertineret ad prouidentiam Ecclesiæ inquirere de necessitate, ne alioquin paruuli

Caluini dubius sensus.

Conclus. Homo qui libet & ratione vtens est sufficiens baptismi minister. Prob. 1. ex Florent.

Simplex Ecclesiæ prohibitio non potest reddere Sacram. inuàlidum, si reliqua adfuerint.

Prob. 2.